

Luis de Molina, S. J.

De fide

Comentarios a la III., q. 1-16

Edición y notas por

MARIANO PRADOS, S. I., y EDUARDO MOORE, S. I.

De libris Canonicis. Atque imprimis, quis dicatur liber Canonicus

[f. 26r]

Disputatio 4.

Quoniam revelata a Deo potissimum in libris canonicis continentur, operae pretium erit ut de his ipsis hic disputemus.

Ut vero intelligas quid nomine libri canonici significetur hoc loco, adverte *canonem* graece idem significare quod *regulam* latine. Unde liber canonicus idem est quod liber regularis seu qui pro regula est habendus. In proposito autem is liber canonicus dicitur qui pro regula est habendus non quocumque modo, sed ad confirmanda et discernenda ea quae sunt fidei, eo quod revelatus sit a Deo. Plures autem esse huiusmodi libros a Deo revelatos aperte probant testimonia citata in calce disputationis praecedentis, tum etiam quae sequuntur. Lucae 1^o: Zacharias de Deo inquit: *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui a saeculo sunt, prophetarum eius.* Psalmo 44^o inquit regius Propheta: *Lingua mea calamus scribae, Spiritus Sancti scilicet a quo movetur ad*

1. Lc 1, 70.

2. Sal 44, 2.

loquendum. Matthaei 10¹: *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* In libris praeterea Prophetarum saepe scribitur: *Haec dicit Dominus*, quia scilicet per Prophetas Deus loquebatur. Illud hic advertam quod quando a Doctoribus dicitur Ille liber receptus est a Canone aut pertinet ad canonem Scripturarum sanctarum, nomine Canonis catalogum librorum sacrarum qui a Deo revelati sunt videntur [f. 26^v] intelligere. Quare Canon interdum pro regula, interdum vero pro catalogo regularum accipitur.

Ad cuius auctoritatem pertineat qui libri Canonici sint?

Disputatio 5.

Iudicium certum qui libri canonici sint ad nullius privatae personae auctoritatem, sed ad Ecclesiae auctoritatem et definitivum spectat. Haec est Irenaei, lib. 3 Adversus Haereses, cap. 2, 3 et 4⁴; Augustini multis in locis et potissimum Contra Epistolam Fundamenti, cap. 5⁵ ubi est illa celebris et supra citata sententia: *Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiae moveret auctoritas.* Et in Concilio Toletano 1.^o, de mandato Leonis papae celebrato et ab eodem confirmato, in assertione fidei ita habetur: *Si quis dixerit, vel crediderit, alias Scripturas, praeter quas Ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas esse, vel venerandas, anathema sit.* Praeterea probatur ratione primo, quia nullius privatae personae iudicium est certum et infallibile, cui, quantum est ex auctoritate iudicantis, non possit subesse falsum; iudicium vero Ecclesiae, ut in aliis rebus fidei definiendis, est certum et infallibile propter assistentiam Spiritus Sancti (ut inferius latius est ostendendum et patet ex illo primae ad Timotheum 3⁷: *Ecclesia columna et firmamentum est veritatis*; Matthaei 16⁸ *Portus*

3. Mt 10, 20.

4. IRENAEUS, *Adversus Haereses*, lib. 3, cap. 2, 3 et 4; Ed. HARVEY, Cantabrigiae, 1867, vol. 2, pp. 7-10.

5. AUGUSTINUS, *Contra epistolam Manichaei quomodo vocant fundamentum*, cap. 5; (S.P.L.) 25, 197, 22-23: «Ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicae ecclesiae commoveret auctoritas».

6. *Concilium Toletanum I.* La fórmula citada corresponde a la redacción más larga que es del Concilio Toledano del año 447. (Cfr. J. A. DE ALBAMA, S. I., *El Símbolo Toledano I. Analecta Gregoriana 7, ROMA, 1934, especialmente las 66 primeras páginas. El texto citado se encuentra establecido oficialmente en la p. 36, 12).*

7. Cfr. 1 Tim 3, 15.

8. Mt 10, 18.

inferi non proponebant adversus eam; Matthaei 23⁷; Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Ita etiam in definiendo qui libri sint canonici in quo non de una aut altera re ad fidem pertinente agitur, sed de omnibus quae in singulis libris continentur; ergo iudicium certum qui libri sint canonici ad nullius privatae personae auctoritatem, sed ad Ecclesiae auctoritatem [I. 27r] et definitionem spectat. Et confirmatur haec ratio ex illo Symboli Apostolorum: Credo sanctam Ecclesiam catholicam⁹. Non proposuerunt Apostoli credendam Scripturam sacram aut hos vel illos libros, sed sanctam Ecclesiam catholicam, hoc est quod illa tenet, recipit et amplectitur. Iudicium namque ipsius in discernendis quae ad fidem pertinent certum et infallibile est et auctoritas tanta ut de eo qui Ecclesiam non audierit, dixerit Christus habendum esse tanquam ethnicum et publicanum¹⁰.

2.^a In nulla bene instituta republica iudicium relinquitur privatis personis, sed committitur potestati publicae; alias nunquam componerentur et finirentur controversiae, quin potius maximae orientur dissensiones citoque respublica in varias factiones divideretur unoquoque sequente proprium iudicium. Non ergo consensum est rationi arbitrari Christum, Dei sapientiam, in hac Ecclesia quam fundavit, iudicium discernendi ea quae sunt fidei et potissimum libros canonicos qui pro regula sunt habendi in his quae sunt fidei, commississe privatis personis, sed potestati publicae, nimirum summo Pontifici ipsius vicario et Petri successori atque Ecclesiae universali legitime congregatae, maxime cum id tam aperte sonent Scripturae et attestetur usus Ecclesiae ab ipsismet initiis nascentis Ecclesiae. Orta enim illa controversia utrum necessarium esset conversis ex gentibus circumcidi et servare legalia, ad Apostolos et seniores qui erant Ierosolymis, miserunt Antiocheni, ut discernere quid ea in parte tenendum esset, et non ipsi per se ipsos eam discreverunt¹¹. Apostoli vero et seniores, congregato concilio et inquisitione facta tandem definiunt: *Visum est Spiritui Sancto et nobis nihil ultra imponere*

8. Ms: discernunt.

9. Mt 28, 20.

10. Cfr Denzinger-Schönmutter²⁴ (DS²⁴), Herder, 1867, n. 30, p. 23.

11. Cfr. Mt 18, 17.

vobis oneris, etc. Atque ita certissimo et infallibili iudicio controversiam diremerunt, ut habetur Actuum 15^o. Ref[er]t. 27v]liquae item controversiae ad fidem spectantes atque in Ecclesia ortae ad eundem modum, exacto concilio, semper definitae sunt, ut testantur tot concilia in Ecclesia antiquis temporibus celebrata. Quodsi cuique proprio iudicio stare in rebus fidei fas esset, quomodo, quaeso, tot haereses et tempestates in Ecclesia ortae sedatae fuissent? Certe in plures partes haec unica inconsultis Ecclesiae discussa fuisset, nec sufficienter hac in parte provisum esset Ecclesiae. Adde quod Deuteronomio 17^o, orta gravi aliqua difficultate et privatis iudicijs incipientibus variare, ad sacerdotes praesidentes in loco quem peculiariter eligeret Dominus iuebantur homines assentiri et stare iudicio eorum; is vero qui superblisset nolens obedire, sacerdotis imperio qui eo tempore monstraret Domino, iuebantur interfici.

3.^o Licet Paulus Apostolus per revelationem Iesu Christi accepisset Evangelium quod praedicabat inter gentes sciretque illud Dei esse revelationem, attamen ut idem ipse ad Galatas 2.^o ait: *Secundum revelationem ascendit Ierosolymam conferre Evangelium quod praedicabat cum Petro et his qui Ierosolymis erant ut Ecclesia illud approbaret atque approbatione Petri et Ecclesiae autoritatem haberet per omnes ecclesias, ne forte —inquit Paulus— sine tali approbatione in vacuum^b currerem aut eucurrissem.* Quod si Ecclesiae autoritas et approbatio non fuisset necessaria, certe non fuisset tam sollicitus Paulus ascendere Hierosolymam ad conferendum Evangelium et sumendum approbationem illius ab Ecclesia. Vide Hieronymum in Epistola ad Augustinum (quae est undecima in secundo tomo operum Augustini)¹². Illa verba Pauli ad Galatas 2 pertractans, ait: *Ex his ostendit se non habuisse securitatem Evangelii praedicandi, nisi Petri et qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum¹³ [l. 28r].* Et Tertullianus, lib. 4 Adversus Marcionem¹⁴ inquit: *Propterea Apostolus Hierosolymam ascendit ad Apostolos consultandos, ne forte*

b. Ms: vanum.

12. Heb 15, 2-30.

13. Dt 17, 8-18.

14. Cfr. Gal 2, 15.

15. Hieronymus, Epistola 112 ad Augustinum, 8. CSEL 95, 376, 9-11.

16. Gal 2, 2.

17. Tertullianus, Adversus Marcionem, lib. 4, II, 5: CChr 1, 548. 33-35.

in vacuum eocurrisset. Non enim sufficeret ad fidem singularitas instrumenti destituta patrocinio antecessorum. Et addit¹⁸: Igitur si ipse illuminator Lucae auctoritatem¹⁹ antecessorum et fidei et praedicationi suae optavit, quanto magis eam Evangelii Lucae expostuleni, quae Evangelio magistri eius fuit necessaria? Haec tenus antiquissimus Tertullianus.

4.^o Licet Nicodemus Christum viderit, audierit et cum eo fuerit loquutus et Marcus non, ut Hieronymus et plerique alii affirmant, Evangelium tamen Marci ut librum canonicum recipimus, non vero evangelium Nicodemi. Id autem non aliunde est, nisi quia Ecclesia, cuius iudicium est infallibile, unum ut canonicum recipit et alterum non; ergo iudicium qui libri canonici sint, ad Ecclesiae auctoritatem spectat.

5.^o Cum nulla prorsus sit evidentia hunc aut illum librum qui inter canonicos computatur, revelatum esse a Deo, nec videamus aut audiamus aliqua facta esse signa et miracula ad attestandum in particulari hunc aut illum librum revelationem esse divinam, sed ad attestandum quod id quod Ecclesia a Christo fundata fide tenet revelatum sit a Deo, certe quemadmodum non aliunde certo nobis potest constare libros canonicos integros et inerruptos ad haec usque tempora perseverare quam ex traditione et iudicio Ecclesiae, quae custos semper illorum fuit et ab Spiritu Sancto regitur et gubernatur, ita non aliunde potest nobis certo constare hunc potius quam illum librum esse canonicum aut hunc esse Inanis et illum Pauli quam ex traditione et iudicio Ecclesiae. Quae in parte traditioni et iudicio Ecclesiae standum est, quantumque [f. 28^o] quis auctoritatis Ecclesiae minuire voluerit, tantum auctoritatis librorum sacrorum minuat necesse est. Quod ducto adnotavit et prosequitur Hosius, lib. De Fide et Symbolo, cap. 15^o. His accedit, quod ut Augustinus, lib. 33 Contra Faustum, cap. 8^o argumentatur quemadmodum in libris ethnicorum, non alia ratione melius nobis constat hunc esse Aristotelis et illum Platonis atque autores hos et non illos scripsisse, quales eos nunc habemus, quam ex traditione et testimonio eorum

18. Lectura probabile. Et ms. parve dicit: *luce auctoritate*.

18. Id., ib., p. 548, 9-12.

19. STANISLAV: *Confessio catholicae fidei christiana*; Ed. Opera omnia, Venetia, 1573, f. 10^v.

20. AUGUSTINUS, *Contra Faustum*, lib. 33, c. 6: CSEL 25, principalmente p. 791s

qui fuerunt ante nos, ita non aliunde melius potest constare hunc vel illum librum esse sacrum et talem esse scriptum, qualem eum habemus atque hunc esse Petri et illum Pauli quam ex traditione, testimonio et iudicio Ecclesiae quae una semper fuit et erit successione quadam usque ad consummationem saeculi. Hoc tamen interest inter traditionem et testimonium Ecclesiae et traditionem et testimonium humanum: quod ibi cernitur auctoritas divina et assistentia Spiritus Sancti; hic vero minime. Quare iudicium et traditio Ecclesiae in his quae sunt fidei est infallibile; testimonium vero et traditio hominum, minime.

Sit secunda Conclusio: Non ita ad Ecclesiae auctoritatem spectat diffinire qui libri sint canonici atque assistentia Spiritus Sancti scripti, quasi sua auctoritate et diffinitione faciat, ut liber qui alias non erat Dei revelatione et assistentia Spiritus Sancti scriptus, sed quia eius iudicium in discernendis libris canonicis certum est et infallibile. Adverte tamen Ecclesiam hac in parte non exhibere testimonium infallibile libris canonicis, quasi solum sit testis (qui cogere non potest), sed etiam fungi iudiciali potestate tanquam iudicem proferentem sententiam declaratoriam qua compellere possit ad ipsorum acceptionem ut tallum. Quod probe notavit Covarruvias, 4 lib. [c. 29r] *Variarum Resolutionum*, cap. 14, n. 1.^o 11.

In hac conclusione nullus est qui dubitet. Ex ea vero colligitur primo, id quod disputationibus praecedentibus dictum est, videlicet quod quemadmodum auctoritas et diffinitio Ecclesiae non tribuit libris canonicis quod sint Dei revelationes et assistentia Spiritus Sancti scripti, sed solum declarat id, et est conditio in se certa et infallibilis sine qua a nobis non haberentur ut tales, ita non est nobis ratio obiectiva credendi fide catholica ea quae in libris canonicis habentur, sed solum conditio sine qua non crederemus ea fide catholica, quatenus tali conditione sublata ea quae continentur in libris canonicis non haberentur a nobis tanquam a Deo revelata.

d. Lectura prohibita.

21. DIDACUS COVARRUVIAS A LEIVA, *Variarum et raris Pontificis, Regio et Crescere Resolutionum*, lib. 4, c. 14, n. 1: Ginebra, 1762. t. 2, p. 417a.

Colligo 2.^o: Ecclesiam non ita iudicare de Scripturis Canonicis quasi vim habeat enervandi aliquid a Deo revelatum aut augendi in scripturis revelata, sed solum iudicare, tanquam iudicem certum ex assistentia Spiritus Sancti in pronuntiando et declarando hominibus revelata. Quare non iudicat tanquam superior in inferiorem, sed ex assistentia ipsiusmet autoris principalis librorum canonicorum iudicando pronuntiat et discernit qui libri sint canonici. Et Adverte quod quemadmodum Scriptura Sacra non accipit ab Ecclesia quod sit revelatio divina atque assistentia Spiritus Sancti scripta, sed solum Ecclesia ex assistentia eiusdem Spiritus Sancti id certo pronuntiat et declarat, ita Ecclesia non accipit ab Scripturis potestatem declarandi quae scripta sint canonica, sed a Deo eam immediate accipit; prius namque quam essent scripturae canonicae Novi Testamenti, Christus ipse contulerat illi hanc potestatem illis ipsis verbis quae postea scripserunt Evangelistae prolata fuisse a Christo. Quare licet ex Scripturis Testamenti Novi constet Christum reliquisse hanc potestatem Ecclesiae [f. 29v] prius tamen illam habuit quam essent Scripturae Novi Testamenti. Lege Covarruvias, loco citato²² et Hosium, De fide et Symbolo, cap. 15^o.

3.^o Colligo quod si nomine libri canonici intelligatur is qui in se habet quod sit assistentia Spiritus Sancti scriptus et ob id Dei revelatio atque regula infallibilis ad ea quae sunt fidei, tunc prius est librum aliquem esse canonicum in se quam definiri et recipi ut talem ab Ecclesia. Quia enim est talis in se, recipitur et diffinitur ab Ecclesia ut canonicus et non quia recipitur et diffinitur ut canonicus est talis in se; imo addo non esse inconveniens librum aliquem longo tempore non recipi ab Ecclesia ut canonicum et tamen esse in se canonicum hoc modo. Id est, assistentia Spiritus Sancti scriptum (alias erraret, quod est impossibile), sed habebit se negative, neque diffiniens esse assistentia Spiritus Sancti scriptum, neque diffiniens non esse scriptum assistentia Spiritus Sancti. Hoc autem modo aliquo tempore Ecclesiam habuisse se negative circa aliquos libros qui diffiniti iam hodie sunt esse canonici patet disputatione 7. Quod si nomine libri canonici intelligatur is qui ab Ecclesia habetur scriptus assistentia

22. Véase nota 10. In obra deca por título el que allí damos. En la cabeza de las páginas citadas por Molina aparece el que él refiere: *De fide et symbolo*.

Spiritus Sancti atque ut Dei revelatio et quo constat utendum esse tanquam regula infallibili ad ea quae sunt fidei. tunc prius est librum aliquem recipi et diffiniri ut talem ab Ecclesia quam esse canonicum; atque in hac acceptione dicunt aliqui de libris de quibus antea dubitabatur in Ecclesia an essent canonici, postea autem diffinitum est eos esse canonicos, illius illos iam hodie esse canonicos.

Dubium occurrit hoc loco. ad cuiusnam Ecclesiae auctoritatem pertineat statuere qui libri sint canonici approbareque Scripturam; utrum scilicet pertineat solum ad Ecclesiam primitivam, quae fuit tempore Apostolorum, an vero etiam ad Ecclesiam quae nunc est et quae successione quadam est una et eadem cum ea quae fuit tempore Apostolorum. Durandus in 3, d. 24, q. 1^a inquit solum pertinere ad Ecclesiam quae fuit tempore Apostolorum. Eiusdem sententiae Cano, 2 De locis, cap. 7^a, citat Gersonem [f. 30r] De vita spirituali animae, lect. 2, coroll. 7^o, sed non satis clare id affirmat.

Subiungimus vero nonnullas conclusiones; et post duas praecedentes Tertia in ordine sit: Scribere libros canonicos non ad Ecclesiam quae est post tempora Apostolorum, sed ad primitivam Ecclesiam quae fuit tempore Apostolorum et ad antiquos Patres qui fuerunt ante adventum Christi spectabat. Quare post tempora Apostolorum non sunt expectandi novi libri Canonici qui de novo scribantur. Haec est Driedonis, De ecclesiasticis dogmatibus, l. 1, cap. 2^a; Cani, 2 De locis, cap. 7^a; et plurimorum aliorum. Crevit itaque canon librorum sacrorum secundum successionem temporum donec consummarentur reparationis humani generis opera per Verbum incarnatum, in quod et pendebant omnia vota prophetarum et tendit tota materia sacrarum litterarum. Illis vero expletis et sufficienter promulgato Evangelio atque sufficienter instructo mundo per eos quos Christus ad hoc munus

23. DURANDUS A SANCTO PORCIANO, in *Petri Lombardi Sententias Theologicas Commentariorum libri III*, It. 3, dist. 24, q. 1, n. 9; Venetia, 1586, f. 257r.

24. CANO, MELCHOR, O. P., *De locis theologicis*, Hb. 2, c. 7. Ed. Hyacinthi Serry, Madrid, 1791, t. 1, pp. 46-49.

25. GERSON, JUAN, *De vita spirituali animae*, lect. 2, coll. 7. Ed. Clouet. Desclée & Cie., 1862, vol. 3, p. 139.

26. DRIEDO, JUAN, *De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus libri quatuor*, Hb. 1, c. 1; Lovaina, 1586, f. 1v. (En el manuscrito parece indicar el capítulo 2; pero en él no se encuentra lo que indica Molina en el texto).

peculiariter delegit et super quos misit Spiritum Sanctum, ut essent idonei testes in Iudaea et Hierusalem et usque ad ultimum terrae, ut non est expectandum novum aliud testamentum, ita nec novi libri canonici expectandi sunt.

4.^o Conclusio. Non solum ad primitivam Ecclesiam quae fuit tempore Apostolorum, sed etiam ad Ecclesiam quae nunc est et erit usque ad consummationem seculi spectat diffinire qui libri sint canonici: ita quod ad iudicium Ecclesiae spectat hac in parte, quod certum est, nec ei potest subesse falsum. Haec est Driedonis et Cani, locis citatis²⁷, Thomae Waldensis, 2.^o libro Doctrinalium antiquae fidei, cap. 19 et 20²⁸. Et videtur Irenaei, lib. 3 Adversus Haereses, cap. 3 et lib. 4, cap. 63²⁹; Tertulliani, 4.^o lib. Adversus Marcionem³⁰ et Augustini, 33 Contra Faustum, cap. 6³¹ et lib. 2 Contra Iulianum, cap. 6³² Etiam lib. 2 De doctrina christiana, cap. 8³³, atque Epistola 63³⁴. Et est [f. 30v] plane conclusio certa in sensu explicando conclusione sequenti. Et probatur, quia diffinitio dubiorum quae circa fidem modo oriuntur, ad praesentem Ecclesiam pertinent; alias non sufficienter provisum esset Ecclesiae ad dirimendas controversias quae circa fidem successu temporis oriuntur, nec in hoc mundo esset iudex universalis ad quem homines confugerent et cuius iudicio starent in huiusmodi controversiis. Dubium autem utrum aliquis liber canonicus sit necne, utique ad fidem maxime spectat. Praeterea, Ecclesia, quae modo est, et fuit post tempora Apostolorum in fide errare non potest, ut patet ex testimoniis citatis conclusione prima et ex pluribus aliis. At diffinivit modo in Concilio Tridentino³⁵ clarius quam unquam antea, qui libri essent canonici, diffinierat et qui libri essent canonici in Florentino³⁶ et in aliis, ut inferius videbimus quoad Ecclesiam quae modo est. Et quae fuit post tempora Apos-

27. Videantur las notas 24 y 26.

28. THOMAS WALDENSIS (NEITER, TOMAS, O. CARM.), *Doctrinale antiquitatum fidei catholicae ecclesiae*, lib. 2, c. 19 y 20: Ed. B. Bianciotti, Venecia, 1757, cols. 333-340.

29. IRENAEUS, *Adversus Haereses*, lib. 3, c. 3; lib. 4, c. 63: Ed. Harvey, 2, 8; 2, 294-297.

30. TERTULLIANUS, *Adversus Marcionem*, lib. 4: CChr 1, 544-663.

31. AUGUSTINUS, *Contra Faustum*, lib. 33, c. 6: CSEL 25/1, 790-793.

32. *Ib.*, *Contra Iulianum*, lib. 2, c. 6, 22: PL 44, 655.

33. *Ib.*, *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 8, 12: CChr 32, 39.

34. No he podido verificar esta cita entre las cartas de San Agustín.

35. *Concilium Tridentinum*, sess. 4, *Decretum de libris sacris et de traditionibus recipiendis*. DS⁹⁸ 1502s

36. *Concilium Florentinum*, *Decretum pro Iacobitis*. DS⁹⁸ 1335.

tolorum spectat iudicium certum atque diffinitio qui libri sint canonici. Denique conclusionem hanc probant rationes quibus confirmavimus primam conclusionem.

5.^a Conclusio: Ut ad Ecclesiam primitivam quae fuit viventibus Apostolis spectabat condere libros canonicos eo quod per Apostolos Spiritus Sanctus loquebatur, ita ad eandem pertinebat approbare et admittere aliquem librum non imitando traditioni aliorum antecessorum. Atque ita Petrus approbavit Evangelium Marci, ut Hieronymus, *De scriptoribus ecclesiasticis in Marco*, ex Clemente, qui rexit Ecclesiam vivente Petro in 6 Hypotiposeon affirmat³⁷; et Eusebius, *lib. 2 Ecclesiasticae Historiae*, cap. 15^a ex eodem et ex Papias. Ecclesia etiam approbavit Evangelium Lucae. Ad eandem etiam Ecclesiam pertinebat per Apostolos iudicare de libris Canonici Veteris Testamenti, etiam non imitando traditioni maiorum, eo quod ipsi Apostoli afflati essent Spiritu Sancto et immediate a Deo acciperent revelationes. Atque ita tenendum est Apostolos verbo docuisse Ecclesiam primitivam quod libri essent Canonici ex Veteri Testamento atque assistentia Spiritus Sancti [f. 31r] scripti. Ad Ecclesiam vero quae fuit post primitivam, non ita spectat diffinire qui libri sint Canonici, sed imitando traditioni maiorum, consulendo Concilia, antiquos Patres, scripturas receptas et denique inquisitione praevia, ut fit in aliis rebus fidei modo diffiniendis; ipsius tamen iudicium certissimum est, utpote cui in rebus diffiniendis assistit Spiritus Sanctus. Haec est Canon loen citato³⁸; et eam innuit Driedo, loco citato³⁹. Et videtur communis; atque iuxta eam intelligenda est praecedens conclusio, conciliandique sunt auctores qui videntur dissentire a praecedenti conclusione, ne eos tam turpiter errasse credamus.

Superest, propter haereticorum improbitatem, nonnulla diluamus argumenta quae plane, re attente considerata, nullius prorsus sunt momenti. Argumentabitur aliquis contra primam conclusionem, primo, in hunc modum: Quae continentur in Scriptura sacra sunt prima principia in Theologia, ut 1 p. q. 1 visum

37. Hieronymus, *De viris illustribus*, c. 8; PL 23, 654.

38. Eusebius, *Ecclesiastica Historia*, lib. 2, c. 15, 1 et 3; CCS 9/1, 140.

39. Vêase la nota 24.

40. Vêase la nota 26.

est⁴¹; ergo ex se sunt cuique nota. Non ergo necesse iam est diffinitio et iudicium Ecclesiae ut cognoscantur dictata esse ab Spiritu Sancto, sed satis est iudicium privatum cuiusque fidem habentis. Patet consequentia, quia prima principia in scientiis extra se sunt manifesta et proposita statim cognoscuntur ab habente usum rationis.

2.^o Christus, Ioanne 5^o inquit: *Ego non ab homine testimonium accipio; sed summus Pontifex, Concilia atque Ecclesia homines sunt; ergo Christi Evangelium atque Scripturae Canonicae neque a Summo Pontifice, neque a Conciliis, neque ab Ecclesia accipiunt testimonium, sed per se ipsas cognoscuntur sufficienter a quocumque fidem habente esse Scripturae Canonicae ab Spiritu Sancto dictatae.*

3.^o 1^o Ioannis 2^o ita habetur: *Non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, et verum est. Item, 1^o Cor 2^o: Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei; spiritualis autem iudicat omnia; ergo quisvis [f. 31v] fidelis iudicare potest de Scripturis Canoniciis, neque necessarium est iudicium Ecclesiae.*

4.^o Christus, Ioanne 7^o ita inquit: *Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit. Et Ioannes 10^o: Oves⁴² meae vocem meam audient. Et praemiserat. Alienum non sequuntur; ergo Evangelium aperte testatur oves habere idoneam facultatem discernendi Scripturas sacras.*

5.^o Deuteronomio 18^o habetur: *Qui verba prophetiae quae loquatur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. Propheta autem qui voluerit loqui in nomine meo quae ego non praecipit illi ut diceret, interficietur. Et additur ibi⁴³: Quod si tacita cogitatione responderis quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est loquutus, hoc habebis signum: quod in nomine Domini⁴⁴ propheta ille praedixerit et non evenerit,*

c. Ms: Voces

l. Ms repitit quod in nomine Domini

41. Cf. MOLINA, LUIS, S. I., *Commentaria in primam divi Thomae Partem*, q. 1, a. 1. disp. 2 et q. 1, a. 2, disp. 1: Cuenca, 1592, cols. 11 D y 21 D.

42. Jn 5, 34.

43. 1 Jn 2, 27.

44. Cf. 1 Cor 2, 14s.

45. Jn 7, 17.

46. Cf. Jn 10, 18, 5.

47. Cf. Dt 18, 19, 20.

48. Dt 18, 21s.

hoc Dominus non est loquutus. Ecce populus in discernendis verbis Domini a verbis hominum, non remittitur ad Pontificem aut Concilium, sed ex ipsa rerum evidentia instruitur ut id discernat. Atque eodem pertinet illud primae Ioannis 4^o: *Charissimi: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint; in hoc autem cognoscitur Spiritus Dei.*

Ad haec unum simul possumus in primis respondere, quod esto probarent singulos fideles habere certum iudicium circa Scripturam sacram discernendam a non sacra (quod tamen est ridiculum); a fortiori probant de capitibus fidelium atque Ecclesiae in Conciliis congregatis, et de capite supremo Ecclesiae, Summo Pontifice scilicet. Mirum namque esset quod in agricola, suto-re et vetula ex unctione Spiritus Sancti esset certum iudicium ad discernendum Scripturam sacram a non sacra et non in doctoribus et praelatis Ecclesiae ac praecipue in Vicario Christi. Quare non probant quod posthabendum sit hac in parte iudicium Ecclesiae atque vicarii Christi et imitandum [f. 32r] sit potius cuique proprio contra iudicium et diffinitionem Ecclesiae, ut contendunt qui similibus imitantur argumentis. Praeterea consulant singulos suae perversae^g sectae quos ipsi fideles existiment, utrum posthabito iudicio Ecclesiae et traditione maiorum sciant per seipsos discernere inter scripturam sacram et non sacram, inter incorruptam et corruptam; imo et seipsos consulant et propriam conscientiam et videbunt quae contra id quod in seipsis experiuntur loquantur, proprioque testimonio eorum victi cogentur contrarium affirmare, nisi impudenter velint mentiri.

Deinde, ut ad singula respondeam, pro solutione primi adverte latum discrimen quod est inter prima principia scientiarum quae lumine naturali acquiruntur et inter principia Theologiae, hoc est, propositiones de fide. Etenim principia scientiarum naturalium ex terminis sunt evidentia. Unde si termini statim ac principium proponitur sufficienter penetrentur, statim principium evidenter cognoscitur esse verum, quia in naturis extremarum evidenter cognoscitur unum debere alteri. Si vero termini non sufficienter penetrentur, requiritur maior ipsorum explicatio atque inductio qua manuducatur intellectus ad asserendum prin-

g. Ms: praevervae.

cipiorum, ut 2 Posteriorum et 1.^o Metaphysicorum, cum Aristotele explicatum est. At in propositionibus de fide quibus Theologia utitur tanquam principiis, quia nulla est evidentia intellectus ex terminis, non assentitur illis, sed ratio propria illis fide assentiendi est quia revelata sunt a Deo. At quia hoc quoque invidens est, indiget intellectus motivis aliis extrinsecis, quibus adjuvetur ad sibi persuadendum illas Dei esse revelationes, nimirum miraculis et aliis motivis ad credendum, de quibus dictum est. Et quando neque miracula quis vidit, neque audivit propositiones de fide ab ore illius in cuius doctrinae confirmationem facta sunt miracula aut sunt alia signa, indiget plane traditione fidelique aliquo testimonio et quod illa signa praecesserint et quod illa potius quam alia sunt quae revelata sunt a Deo per servos [f. 32v] suos et in quorum testimonium facta sunt miracula. Huiusmodi autem traditio et testimonium in proposito est Ecclesia quae una semper fuit et in qua priores ita semper tradiderunt posterioribus, cuique assistit Spiritus Sanctus, ut ex Scripturis, quas perpetuo est amplexata et in quibus fides ipsius continetur, aperte constat.

Hoc praehabito ad primum argumentum, admissio antecedente, neganda est consequentia propter rationem assignatam.

Circa secundum argumentum, Canus, 2 De locis. cap. 3.^o, obicit optime adversariis illud Ioannis 1.^o ubi de Ioanne Baptista (de quo loquebatur Christus Ioanne 5.^o quando dixit: *Ego non ab homine testimonium accipio*) dicitur: *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. Et illud Ioannis 15.^o Christi ad Apostolos: Vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. Atque illud Actorum 1.^o: *Eratis mihi testes in Ierusalem*. Sensus ergo illorum verborum Ioannis.^o: *Ego non ab homine solo, scilicet testimonium accipio, quasi solum habeam testimonium humanum. Quare non intendit excludere testimonium Ioannis, sed affirmare se maius etiam testimonium habere. Praemiserat**

50. Cano, De locis theologicis, lib. 2, c. 8: Ed Serry, t. 1, p. 51.

51. Jn 1, 68.

52. Jn 9, 34.

53. Jn 15, 27.

54. Hrb 1, 8.

55. Jn 5, 34.

eum⁵⁸: *Vos misistis ad Ioannem et testimonium perhibuit veritati*, quod scilicet ego essem Christus. Et subiungit postea⁵⁹: *Ego habeo testimonium maius Ioanne*. Ubi vides non negare Christum se habere testimonium Ioannis, sed affirmare simul etiam habere maius testimonium, Patris videlicet aeterni, qui tot miraculis per ipsum factis attestatus est ipsum esse Filium suum. ut Christus praedicabat. Forte sensus etiam illorum verborum est: Ego non ab homine testimonium accipio, quasi eo indigeam, cum habeam maius; assero tamen propter vos ut coadjuvet infirmitatem vestram. In eodem sensu dicitur: *Ego claritatem ab hominibus non accipio*⁶⁰. solum scilicet aut quasi accipere indigeam. Ioannis namque ultimo⁶¹ dicitur Petrum sua morte clarificaturum esse Deum. Praeterea, respondendum est ad [f. 33r] argumentum propositum nullam esse hanc consequentiam. Christus dum vivebat et praedicabat, ut ei crederetur, non indigebat testimonio humano apud Iudaeos inter quos conversabatur et qui videbant vitam immaculatam et miracula ipsius; ergo Scriptura post tot secula relicta apud nos, qui neque miracula vidimus, neque apostolos fundantes ecclesias audivimus, non indiget testimonio Ecclesiae, cui assistit Spiritus Sanctus tanquam conditio sine qua ei non crederemus et sine qua nesciremus eam discernere ab scripturis non canonicis. Ut enim in responsione ad praecedens argumentum explicatum est. licet ad illud non esset necessarium ad hoc tamen requiritur. Adde quod etiam ad credendum in Christum quo tempore praedicabat et faciebat miracula, requirebatur testimonium aliquod apud eos qui eum non audiebant neque videbant miracula ipsius, iuxta illud Rom 10⁶²: *Quomodo credent sine praedicante?*

Circa tertium argumentum obicit etiam Canus⁶³ adversarius, quia si quis fidelis, hoc ipso quod fidelis, ab unctione Spiritus Sancti docetur de omnibus in universum et tanquam spiritualis sufficienter iudicat de omnibus in universum, atque ob id non indiget iudicio Ecclesiae ad discernendum Scripturas sacras a

58. Jn 5, 33.

59. Jn 5, 38.

58. Jn 5, 41.

59. Jn 21, 18s.

60. Cfr. Rom 18, 14.

61. Caro, *De locis*, lib. 2, c. 8. Ed. Serry, t. 1, p. 65

non sacris, quomodo verum est quod Eliseus dixit 4 Reg 4^o: *Antea etis in amaritudine est et Dominus celavit a me?* Quomodo Petrus et Ioannes nondum sciebant scripturas, Ioanne 20^o, et Christus aperuit Scripturas, Luca 24^o quae antea illis erant clausae? Quomodo Petrus, Actorum 10^o, post susceptum Spiritum Sanctum, nondum intelligebat cessationem legalium dum dixit: *Absit, Domine, quia nunquam manducaui commune et immundum?* Quomodo etiam fideles qui erant ex circumcisione, Act 10^o disceptabant adversus Petrum, quod ad Cornelium virum preputium habentem introisset et manducasset cum illo? Quomodo [f. 33v] fideles qui erant Antiochiae non cognoverunt per se ipsos veram esse praedicationem Pauli qua docebat eos non teneri circumcidi et servare legalia, aliorum vero qui contrarium dicebant, esse falsum, sed rem totam in senatum Hierosolymitanum remisissent, ut seniorum et Apostolorum consilio diiudicaretur?⁶² Quomodo etiam Paulus, primae ad Corinthios 2^o inquit: *Sapientiam loquimur inter perfectos?* Et cap. 3^o cum infidelibus loquens ait: *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis, etc.* Praeterea, quid opus esset parentes docere parvulos suos doctrinam christianam aut populum christianum convenire ad audiendum evangelium vel legere Scripturam sacram et doctores sacros, quandoquidem unctio docet fideles omnia? Cavendae sunt igitur huiusmodi superbissimae tentationes, ut Augustinus in proemio librorum De doctrina christiana ait⁶³, magisque cogitandum est Paulum apostolum voce et spiritu de divinis instruendum remitti Act 9^o ad Ananiam, a quo addiscat quid se oporteat facere et Cornelium, cuius orationes et elemosynas respexisse Deum, nuntiavit Ange-

62. 2 Reg 4, 27.

63. Jn 21, 9.

64. CD. Lc 24, 27. 32.

65. Heb 10, 14.

66. Heb 11, 23.

67. Heb 15, 2.

68. 1 Cor 2, 6.

69. 1 Cor 3, 15.

70. AUGUSTINUS, De doctrina christiana, proemium, 6; CChr 32, 4.

71. Cf. Heb. 9, 10-21.

ius remitti ad Petrum, Act 10⁷² a quo doceretur quid fide credendum atque faciendum esset⁷³.

Ad primum ergo locum in argumento propositum dicendum est Ioannem loqui non cum quibuscumque fidelibus, sed cum sufficienter instructis in fide. Praemisera enim⁷⁴: *Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam*. Praeterea, loqui cum his qui non qualescumque progressus fecerant in virtutibus et qui acceperant dona illa sapientiae, scientiae, intellectus, consilii, etc. in eo gradu et abundantia in quo consueverunt communicari in primitiva Ecclesia. Et de huiusmodi [f. 34r] hominibus inquit⁷⁵: *Vos unctionem quam accepistis a Deo (huiusmodi donorum, scilicet) maneat in vobis, et non necesse habetis ut aliquis doceat vos* (de pertinentibus scilicet ad salutem propriam cuiuscumque vestrum, et de his quae haeretici de quibus loquebatur et qui tunc surrexerant, nitentur persuadere hominibus). *sed sicut unctio eius docet vos de omnibus*, intelligendum est non in universum sed pertinentibus ad salutem propriam cuiuscumque vestrum, et caetera quae haeretici de quibus loquebatur Ioannes nitentur inducere errores. Unde ex illo loco Ioannis non licet colligere quemcumque fidelem cuiuscumque gradus et conditionis ad omnia in universum non indigere iudicio et instructione Ecclesiae, sed sufficere unctione Spiritus Sancti. Sicut enim vetulam quantumcumque sanctam regulariter non docet unctio Spiritus Sancti utrum accidentia in sacramento altaris sint sine subiecto an non, sed potius relinquit eam ut humiliter sentiat hac in parte cum Ecclesia, eique caput suum submittat, ita etiam non docet quis liber in particulari sit sanctorum, aut quis usque ad hanc diem perseveret incorruptus, sed eam relinquit, ut hac parte sequatur iudicium Ecclesiae eique humiliter assentiat.

Ad secundum locum⁷⁶ dicendum est inprimis, Paulum nomine spiritualis non intelligere quemcumque fidelem in gratia constitutum, ut patet⁷⁷ statim cap. 3 sequenti loquens cum fidelibus

72. Deinde doceretur hactenus *facturum* hay una falla en el papel. Lectura probable.

1. Illegible.

72. Act 10, 1-6.

73. 1 Jo 2, 21.

74. 1 Jo 2, 37.

75. 1 Cor 2, 15.

Inquit se non potuisse loqui eis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus et parvulis in Christo, affirmans adhuc illos esse carnales cum unus dicat: Ego sum Pauli, alius vero: ego Apollo⁷⁶. Nomine ergo spiritualis intelligit eum qui magnos progressus fecit in virtutibus et qui interior illuminatus est a Deo qualls fuit Antonius eremita et in primitiva Ecclesia erant plurimi, eo quod tunc abundarent dona Spiritus Sancti. Dicendum est deinde, quod quando Paulus inquit spiritualis iudicat omnia, distribu [f. 34v]tio illa non est intelligenda pro singulis generum, quasi omnia in universum iudicet, sed pro generibus singulorum. Dixerat enim⁷⁷: *Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia*, et ea scilicet quae iudicat animalis et ea quae sunt spiritus Dei, quae non iudicat animalis; non tamen iudicat omnia in universum quae sunt spiritus Dei, sed iuxta datam sibi sapientiam et cognitionem a Deo. Potest etiam exponi spiritualis iudicat omnia, quae scilicet pertinent ad ipsius propriam salutem, et quae decet eum iudicare et scire pro qualitate status et conditionis, de quorum numero non est utrum hic vel ille liber sit canonicus. Praeterea, iudicat omnia, consulendo tamen Scripturas et traditiones atque innitendo iudicio Ecclesiae, in his quae ad Ecclesiam pertinent definire. Neque enim unctio Spiritus Sancti excludit huiusmodi media divinae providentiae consueta de lege ordinaria, neque Paulus illis verbis intendit ea excludere.

Ad quartum dicendum est, Christum ibi⁷⁸ loqui de doctrina sua ex ore ipsius audita et confirmata tot miraculis quot quotidie videbant qui ipsum praesentem audiebant. Illi igitur qui Christum praesentem audiebant et videbant miracula Christi, cognoscere poterant per se ipsos doctrinam quam Christus praedicabat esse a Deo; obcaecabat tamen eos prava affectio ipsorum et voluntas non prompta ad se conformandum voluntati divinae: atque hoc est quod ait ibi Christus. Hinc vero qua, quaeso, consequentia inferunt adversarii in vobis esse idoneam facultatem, posthabita traditione et iudicio Ecclesiae, ad discernendum inter scripturas, ante tot secula scriptas, quaeenam sint canonicae? Plane caeci vident nullam esse huiusmodi consequentiam, mirum-

76. 1 Cor 3, 14.

77. 1 Cor 2, 14.

78. Jn 7, 17.

que est quod huiusmodi testimoniis utantur ad id confirmandum, cuius contrarium tam patenter experitur quivis in seipsum. Illud etiam Ioannis 10^o: *Oves meae vocem meam audiunt*, non sine levitatis vitio adducitur ad probandum nus hodie posthabita traditione et iudicio Ecclesiae, sufficienter discernere [f. 35r] scripturas sacras. Sensus enim illorum verborum est: Consentiant fidei et doctrinae quam illis praedico.

Circa primam partem loci illius Deuteronomii 18^o, qui citatur in quinto argumento, adverte verba illa intelligenda esse de propheta illo magno per Moysen promissa populo Israelitico, Christo scilicet Domino, ut patet ex his quae ante promiserat illo eodem capite. Ad reliquum illius loci in quo vis argumenti consistit, dicendum est imprimis populum non ibi doceri discernere infallibiliter quaedam verbum sit a Deo, sed ex signo quodam cuique manifestissimo quod verbum non sit a Deo duci non in universum discernere quando verbum non sit a Deo, sed in casu particulari in quo nulli potest esse dubium. Inde vero qua, quaeso, consequentia inferitur unumquemque sine iudicio Ecclesiae sufficienter discernere quae scriptura sit canonica et a Deo inspirata? Dicendum est deinde, legem illam esse iudiciale[m] etusque executionem non ad privatas personas, sed ad potestatem publicam et potissimum ad summum sacerdotem pertinere; unde ea non tam populares quam potestas publica et summus sacerdos instruitur. Adde quod, ut supra citatum est, in illo eodem libro, capite praecedente⁷⁹, dubia ambigua et controversa iubebantur deferri ad summum sacerdotem atque illius iudicio et diffinitioni iubebantur homines stare idque sub poena capitis.

Ad illud primae Ioannis 4^o: *Probate spiritus*, dicendum est, sensum esse; id est, non nisi praevio examine an ex Deo sint, illis fidam adhibeatis. Hoc vero non tollit quod in his in quibus proprium iudicium non sufficit, aut quorum definitio ad Ecclesiam universalem aut ad vicarium Christi spectat, eorum iudicium expectetur eique sit standum. Ioannes vero eo in loco tradit duo signa discernendi spiritus, non in universum, sed in ordine ad

79. Jo 10, 18.

80. Dt 18, 19, 20.

81. Dt 17, 8-11.

82. 1 Jo 4, 1. 2.

vitandos errores, quos haeretici contra quos muniebat fideles, illo tempore Introdúcere [f. 35v] conabantur.

Reliqua argumenta quae Canus 2 De locis, cap. 6^o refert et solvit cap. 8^o, soluta a nobis sunt in superioribus. Illud hic advertam: Lutheranos iam in Comitibus Augustanis vel invitos confessos fuisse Ecclesiam auctoritatem habere ad discernendum verbum Dei a verbis hominum.

**Cur duae partes in quas Canon librorum sacrorum dividitur,
Vetus ac Novum Testamentum dicantur**

Disputatio 6

Testimonium seu litterae publicae continentis ultimam voluntatem alicuius ad quos deferatur haereditas ipsius, quod morte testatoris confirmatur ac vim habet, dicitur *testamentum*. Quod ergo litterae sacrae veteris et novae legis, testimonium ac litterae quaedam publicae sunt, continentis voluntatem divinam ad quos deveniat haereditas ipsius, legesque et condiciones sub quibus vult ut talis haereditas deveniat; et praeterea morte Christi, Dei et hominis confirmatum est deventique haereditas ad filios adoptivos Dei, fit ut non immerito litterae sacrae antiquae legis Vetus Testamentum; litterae verum sacrae novae legis Novum Testamentum dicantur. Illud erat velut testamentum clausum et obsignatum, quod in morte Christi reseratum et patefactum est, id quod et velum templi scissum spirante Christo in duas partes a summo usque deorsum significavit⁸³. Impletis namque umbris accedenteque veritate, medulla atque spiritus veteris legis patefacta sunt. Hoc vero est velut testamentum apertum, quod, ut posterius et perfectius, antiquavit et abolevit prius. Utrumque etiam *pactum* atque *foedus* inter Deum et homines nuncupatur atque utriusque meminit Deus per Jeremiam, cap. 31^o dicens: *Ecce dies venient, dicit Dominus, et faciam domui Israel et domui Iuda foedus novum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum*

83. CANO, De locis, lib. 2, c. 6. Ed. Serry c., t. 1, pp. 37-40.

84. Ib. ib., c. 8: Ed. Serry c., pp. 51-66.

85. Cf. Mt 27, 51.

86. Jr 31, 31s.

ut educerem eos de terra Aegypti, sed hoc erit pactum, dabo legem meam in visceribus eorum et in corda eorum scribam eam. Utriusque etiam meminit Paulus sub nomine testamenti, tum alibi saepe tum etiam Hebr 8 et 9^o referens hoc idem testimonium Jeremiae citatum. Et advertit haec duo testamenta non esse prorsus diversa, sed unum esse impletionem alterius: unum continebat umbras et promissiones; alterum vero continet veritatem atque impletionem promissionis. Quare prius ad posterius ordinabatur.

Utrumque testamentum ab eruditis etiam viris novum et vetus testamentum nuncupatur, imo et instrumentum tum quod illis instruantur homines quid credere, quid operare et quid agere debeant ad salutem et vitam aeternam consequendam, tum etiam quod sint scripturae publicae atque authenticae probatissimis scribis ac testimoniis obstrictae et approbatae, carentesque omni suspitione falsitatis. Huiusmodi enim scripturae instrumenta publica solent appellari. Lege Driedonem, De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus, lib. 1, cap. 1^o et Lactantium, De vera sapientia, cap 20^o.

Qui libri utriusque Testamenti Canonici sint.

Disputatio 7

Quoniam disputatio haec non potest non esse aliquantum longa, maioris perspicuitatis et distinctionis gratia in sex partes eam distribuimus. In prima dicitur de quibus libris Veteris ac Novi Testamenti fuerit semper certum atque indubitatum eos esse canonicos, et de quibus fuerit aliquando dubitatum. In secunda, adducentur rationes quibus in dubium vocari posset an libri Veteris Testamenti de quibus aliquando est dubitatum an essent canonici, sint vera canonici. In tertia, simile quid fiet circa eos libros Novi Testamenti de quibus aliquando est dubitatum an essent [f. 36v] canonici. In quarta, assignabitur catalogus librorum Novi ac Veteris Testamenti, quos iam hodie certa

87. Hebr 8, 9. 10; 9, 15ss. 19.

88. DREYER, De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus, lib. 1, c. 1. De catalogo librorum Sacrae Scripturae: ed. n., f. 1v-7r.

89. LACTANTIUS, Divinae Institutiones, lib. 4: De vera sapientia et religione, c. 20: CSEL 19, 364-367.

fide tenendum est esse canonicis, ostendeturque revera eos esse canonicos. In quinta, solventur rationes propositae in secunda parte. Et in sexta solventur rationes propositae in tertia.

Prima pars, in qua numerantur libri Novi ac Veteris Testamenti, tum de quibus fuit certum, tum etiam de quibus fuit aliquando dubitatum an essent canonici

Libri Veteris Testamenti qui sine controversia a Iudaeis et ab Ecclesia christiana perpetuo sunt recepti in catalogum librorum canonicorum hi sunt: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Iudicum, Ruth, quatuor libri Regum, duo Paralipomenon, Esdrae primus et secundus, Hester, liber Job, liber Psalmorum, liber Proverbiorum, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Isaias. Jeremias cum libro Trenorum, Ezechiel, Daniel, liber 12 Prophetarum minorum, videlicet Osee, Joelis, Amos, Abdiae, Jonae, Micheae, Naum, Abacuch, Sophoniae, Aggaei, Zachariae et Malachiae.

Porro Hebraei (ut Hieronymus ait in prologo galeato qui ante libros Regum ponitur in Bibliis) ex omnibus libris 22 faciunt quos in tres ordines dividunt. In primo constituunt quinque priores libros numeratos atque hunc ordinem vocant proprie Torath, id est, legem; a graecis dicitur Pentateuchus, id est, quinque libri, a penta quod est quinque et techos, quod est liber aut volumen. Secundum ordinem vocant Prophetarum atque in eo, hoc ordine numerant octo libros: primus est Josue; secundus, Iudicum, cui annectunt librum Ruth, quia in diebus Iudicum fuit illa historia; tertius est Samuel, quem nos primum et [f. 37r] secundum Regum appellamus; quartus Malachim, id est, Regum, quem nos tertium et quartum Regum appellamus; quintus est Isaias; sextus, Jeremias; septimus, Ezechiel; et octavus, liber duodecim Prophetarum, qui ab eis appellatur Tharasa. In tertio ordine ponunt quos hagiographa vocant, id est, sancta scripta, hoc est libros sanctos. Atque in eo ordine numerant novem libros hac serie: primus est Job; secundus, Psalmorum David, qui apud eos unus liber est habens quinque inclusiones; tertius, Proverbiorum; quartus, Ecclesiastes; quintus, Cantica Canticorum; sextus, Daniel; septimus, Dabreiamin¹, id est, verba dierum, graece Paralipome-

1. Ms: Dibrechassamin.

non. id est, omissorum dicitur, et dividitur in primum et secundum librum; octavus, Esdras, qui etiam apud graecos et latinos in duos libros dividitur; et novus, Hester. Alii hebraeorum librum Ruth dividunt a libro Iudicum; et librum Threnorum a libro Jeremiae, et numerant eos inter hagiographia, ut Hieronymus ibidem ait⁸⁰. Atque ita in tertio ordine numerant undecim libros, voluntque omnes libros canonicos Veteris Testamenti esse viginti et quatuor.

Dubitabis cur liber Psalmorum in hac supputatione a libris Prophetarum reiciatur, cum constet David in Psalmis multo de Christo vaticinatum fuisse, et Matthaei 25³⁰ sub nomine Prophetæ citatur in Psalmis. Ita enim habetur ibi: *Ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem*; quod habetur Psalmo 21⁸. Dubitabis præterea cur liber Job et Daniel a libris prophetarum reiciantur, cum Job spiritu prophetico inter alia prædixerit resurrectionem futuram mortuorum et adventum Christi in carne, et Daniel multa sine controversia prædixerit spiritu prophetico.

Ioannes Driedo, De ecclesiasticis scripturis, lib. 1, cap. 4⁸¹, in solutione secundæ difficultatis respondet primo, nec sine maxima prof[er]abilitate, meo tenui iudicio, ordines illos Hebraeorum a Hieronymo recitatos in prologo galeato non fuisse synagogæ quæ fuit ante adventum Christi, sed confectos fuisse a Iudæis qui fuerunt post adventum Christi in odium Christi atque Ecclesiæ christiænæ, ut vel sic nomen prophetæ a Davide in Psalmo et a Daniele auferrent, qui tam clara vaticinia dixerunt de Christo. Dixi «nomen» quoniam nullus hebraeorum unquam fuit qui a Davide, Daniele et Job negaverint spiritum propheticum aut negaverint libros illos canonicos esse, in eisque contineri prophetias, ut aperte ex ipsismet libris constat, sed dicunt nomine prophetæ intelligi qui destinatus et missus est a Deo ad aliquem regem vel populum prænuntians simul futura, quod Moysi, Josue et aliis dicunt contigisse, non vero Davidi, Danieli

80. HIERONYMUS, *Prologus in libro Regum*; Ed Biblia Sacra iuxta latinam Vulgatam versionem, cura et studio monachorum Abbatiae Pontificianæ S. Hieronymi in Urbe, vol. 5, ROMA, 1944, pp. 58.

81. Mt 25, 35 (según algunos códices).

82. Sal 21, 19.

83. DRIEDO, *o. et ed. cit.* (nota 85), lib. 1, c. 4: f. 18v-19r.

et Job. Confirmat Driedo hanc suam responsonem primo ex ipso-
met Hieronymo qui hos ordines hebraeorum retulit. Hieronymus
enim in Apologia adversus Rufinum, qui eum arguerat quod ne-
gasset Danielem esse prophetam, ita inquit⁹⁴: De Daniele brevi-
ter respondeo me non negasse eum prophetam, quem statim in
fronte prologi prophetam esse confessus sum, sed quod hebraei
dicent et quibus argumentis suam niterentur probare senten-
tiam voluisse demonstrare; et secundo, ex Christopholitano⁹⁵ epis-
copo⁹⁶, qui in prologo super Psalterium affirmat antiquos Iudeos
ante Christi adventum et post, usque ad Constantini tempora,
tenuisse semper David fuisse maximum prophetarum. A tempo-
ribus vero Constantini in odium christianorum coepisse defen-
dere praedicta via quam memoramus non esse appellandum pro-
phetam.

Respondet secundo, admittendo ordines illos quibus confir-
mare videtur illud Christi Lucae 24^o: *Omnia quae scripta sunt
in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me*, ubi tres illos ordi-
nes librorum innuere videtur; respondet, inquam, admittendo
acceptationem illam iuxta quam David neque Daniel neque Job
prophetae [f. 38r] dicantur. Et addit libros Moysis ob id inter
libros prophetarum non computari, sed fieri ex eis primum ordi-
nem, quod licet Moyses in ea significatione propheta dicatur, imo
etiam maximus prophetarum, primus tamen fuit qui ex ore Dei

k. Así en el ms 1^o toma de Driedo, que no trae ninguna otra referencia.

94. HIERONYMUS, *Apologia adversus libros Rufini*, lib. 2, 33: PL 23, 475a.
«33. De Daniele autem breviter respondebo, me non negasse eum prophe-
tam, quem statim in fronte Prologi prophetam esse confessus sum, sed quid
Hebraei dicent, et quibus argumentis suam niterentur probare senten-
tiam, voluisse monstrare, et docuisse lectorem, Ecclesias Christi hunc pro-
phetam iuxta Theodotionem legere, et non iuxta Septuaginta translatore.
Quorum si in isto libro editionem dixi multum a veritate distare, et recto
Ecclesiam Christi iudicio reprobata, non est meae culpa qui dixi, sed
eorum qui legunt...».

95. El texto del manuscrito corresponde a la cita de Driedo, que dice
a la letra: «De David Christopholitanus episcopus in prologo super Psalte-
rium tradidit antiquos Iudaeorum doctores ante Christi adventum, et post,
usque ad Constantini tempora tenuisse semper, David fuisse maximum pro-
phetarum, eosdem autem sub saeculis Constantini in odi [f. 18] um Chris-
tianorum incepisse defendere David, non appellandum esse verum Prophe-
tam, confingentes rationem, quod verus Propheta in scripturis appellatur,
qui Propheta est officij dignitate seu missione, hoc est, qui divinitus vo-
catus est missus ad aliquem Regem vel populum, sicut Moyses a Deo est
ad Pharaonem missus pro liberatione populi Israelis.

96. Lc 24, 44.

leges populo tradidit, et ob id propter hanc excellentiam legislator singulari nomine est appellatus et eius libri, libri legis.

Ego vero potius adhaerere primae responsioni. Et ad illud Lucae 24^m, respondeo quod quemadmodum libri Moysis propter excellentiam Moysis, seorsum numerantur a libris prophetarum, ita liber Psalmorum propter excellentiam Davidis, quod rex fuerit simul et tantus propheta et quod Christus ei fuerit promissus sicut et Abrahamo, numeratur seorsum ab aliis libris. Christus enim Danielelem, qui tam clare de ipso fuit vaticinatus, utique in aliquo illorum trium membrorum comprehendit apud Lucam et nun in alio quam in prophetis, ut satis patet. Mitto quod admissa secunda responsione oriuntur plures difficultates, quas brevitatis causa omitto. Illud ultimo adverto: distinctionem illam librorum Veteris Testamenti per tres illos ordines quantumvis fuerit hebraeorum qui fuerunt ante adventum Christi, non esse de pertinentibus ad fidem, sed inter optiones ipsorum in quibus errare potuerunt, esse computandam.

Libri Veteris Testamenti qui ab hebraeis reiciuntur a catalogo librorum canonicorum et de quibus a quibusdam christianis est dubitatum an essent canonici et ob id ab eis etiam ab eodem catalogo reiecti sunt, hi sunt: Baruch, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, primus et secundus Machabaeorum, tertius et quartus Esdrae et tertius Machabaeorum, qui in Bibliis Complutensibus habetur graece conscriptus, nunquam inter libros canonicos recepti sunt, sed semper cum apocryphis (maxime tertius et quartus Esdrae) ab hebraeis et christianis computati¹ sunt.

[f. 38v] Libri Novi Testamenti, qui sine controversia semper recepti sunt inter canonicos, hi sunt: Quatuor Evangelia Matthaei, Marci, Lucae et Ioannis, Acta Apostolorum, omnes Epistolae Pauli, praeter eam quae est ad Hebraeos, prima Petri et prima Ioannis.

Libri vero de quibus ab aliquibus dubitatum est an sint canonici, sunt: Epistola ad Hebraeos, epistola Jacobi, secunda Petri, secunda et tertia Ioannis, epistola Iudae et Apocalypsis.

1. Cas: Regible. Lectura probabile.

Secunda pars in qua adducuntur rationes quibus in dubium vocari possent an libri Veteris Testamenti, de quibus est dubitatum, sint revera canonici

Primo argumentabitur quis, quod liber Baruch recipiendus non sit inter canonicos, quia nec Augustinus, 2.^o De doctrina christiana, cap. 8^o, nec Isidorus 6 Ethymologiarum, cap. 1^o, nec Innocentius I, tomo 1.^o Conciliorum, in Epistola sua 3 Decretali, quae est ad Exuperium Tolosanum episcopum, capite ultimo⁹⁷, neque Concilium Carthaginense 3^{um} a sexta Synodo generali in Trullo celebrata confirmatum⁹⁸, libri Baruch meminerunt, cum tamen omnibus locis citatis, libri canonici reliqui quos hodie recipit Ecclesia unanimiter annumerentur et recipiantur. Eiusdem libri non meminerunt Laodicenum Concilium⁹⁹ in catalogo librorum canonicorum quod etiam a sexta Synodo fuit confirmatum¹⁰⁰. Neque Gelasius in illo catalogo librorum canonicorum quos recipit sancta romana Ecclesia, quem edidit coacto concilio septuaginta Episcoporum, et habetur primo tomo Conciliorum post epistolas eiusdem Gelasii¹⁰¹. Quare cum hi omnes Patres numerantes et desumptions libros canonicos, libri Baruch non meminerunt, quia in praefatione quae in Bibliis ponitur ante hunc librum et est desumpta ex Hieronymo in commentariis in Ieremiam¹⁰², dicitur hunc librum in hebraeorum canone non haberi, et ubi id ponitur solum in Bibliis in notitiam legendum, quod etiam in causa fuit, ut [c. 39r] cum Hieronymus reliquos omnes prophetas suis commentariis illustraverit, in hunc illorum commentaria non ediderit.

Secundo argumentabitur quis, quod neque Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus et primus ac secundus Machabeorum

97. AUGUSTINUS, *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 8, 13: CChr 32, 39s.

98. ISIDORUS, *Etymologiarum libri 20*, lib. 6, c. 1, 1-9: PL 82, 229s.

99. INNOCENTIUS I, *Ep. «Consulenti libris ad Exuperium»*: DS⁹⁴, 213.

100. CONCILIIUM CARTHAGINENSE (III): DS⁹⁵, 186.

101. CONCILIIUM IN TRULLO (QUINISEXTUM), *decr. 2*: ed. Joannou, *Grottaferrata-Roma*, 1962, t. 1/2, p. 122.

102. CONCILIIUM LAODICENSE, *cap. 59*: ed. Joannou, t. 1/2, p. 155. En el texto que ofrece Joannou aparece el libro de Baruch entre los canónicos.

103. CONCILIIUM IN TRULLO (QUINISEXTUM), *decr. 2*: ed. Joannou, t. 1/1, 122.

104. *Decretum Gelasianum*, que en esta parte concuerda y parece ser el *Decretum Damasi*. Cfr. DS⁹⁴, p. 122. El texto puede verse *ib.*, n. 179.

105. HIERONYMUS, *Prologus in libro Hieremias prophetas*. El texto puede verse o en la edición de Weber, Stuttgart, 1909, II, 1166, 12-14, o en la edición de la Pent. Abadía de San Jerónimo, vol. 14, Roma, 1972, pp. 6 y 7.

recipiendi sunt inter canonicos, quia praeter alios Hieronymus in prologo galeato et in prologo ante proverbialia Salomonis¹⁰⁶ eos reicit a numero canonicorum dicens neque esse in canone Hebraeorum, neque Ecclesiam eos recipere ut canonicos; quos autem libros reicit Hieronymus eos etiam reicit Ecclesia, ut cap. Sancta Romana Ecclesia, 15 d., Gelasius ait¹⁰⁷. Et confirmatur primo, quia Concilium Laodicenum citatum definiens libros canonicos, nullius horum librorum meminit¹⁰⁸; quare canonici non sunt. Secundo confirmatur, quia in Trullana synodo, canone 2^o, approbantur 85 canones Apostolorum, quos invenies in principio Conciliorum. Canone autem 84^o, ubi numerantur libri canonici, nullius horum librorum fit mentio praeterquam librorum Machabeorum; reliqui ergo canonici non sunt. Tertio confirmatur, quia Cyprianus in Expositione Symboli in illa verba «Sanctam Ecclesiam»¹⁰⁹, ex traditione Patrum (ut ait) illos eosdem solum libros Veteris Testamenti connumerat inter canonicos quos Hieronymus numeravit, et reliquos reicit a canone. Idem, fecit Damascenus, 4 libro fidei orthodoxae, cap. 18^o. Idem Melito, ut Eusebius refert, 4.^o libro Historiae Ecclesiae, cap. 28^o, nisi quod Sapientia computat inter libros canonicos, et Esther non meminit. Gratia autem cognoscendi libros canonicos, inquit Melito¹¹⁰, se venisse Hierosolymam. Fuit autem antiquior Tertulliano. Vide Hieronymum, De scriptoribus ecclesiasticis in Melito¹¹¹. Idem fecit Origenes connumerans libros canonicos in expositione in primum Psalmum¹¹²; ut Eusebius etiam refert 6.^o libro Historiae Ecclesiasticae, cap. 25^o, nisi quod librum 12 prophetarum non computavit, et computat libros Machabeorum, nisi sit mendum in littera. Iosephus [f. 39v] quoque, ut Eusebius tertio libro Historiae Ecclesiasticae, cap. 10^o refert, viginti et duos tantum libros canonicos

106. *Prologus Hieronymi in libris Salomonis*: ed. Weber, p. 32, 13-21.

107. *Corpus Juris Canonici, Decretum Magistri Gratiani*, c. 3, D. XV: ed. Friedberg, 1, 37.

108. *Concilium Laodicense*, can. 59: ed. Joannou, t. 1/2, 154a.

109. *Concilium in Trullo*, can. 2: ed. Joannou, t. 1/1, 122.

110. *Canones Sanctorum Apostolorum*, can. 85: ed. Joannou, t. 1/2, 51.

111. *Rufinus, Expositio Symboli*, 34ss: CChr 20, 170s.

112. *Ioannes Damascenus, De fide orthodoxa*, lib. 4, c. 17: PG 94, 1177-1180.

113. *Eusebius, Ecclesiastica Historia*, lib. 4, c. 26: GCS 9/1, 388, 2-8.

114. *Cfr. Id., ib.*: p. 388, 25-28.

115. *Hieronymus, De viris illustribus*, c. 24: PL 23, 675-676.

116. *Origenes, In Psalmum primum*: PG 12, 108A.

117. *Eusebius, Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 25: GCS 9/2, 572, 13-576, 2.

118. *Id., ib.*, lib. 3, c. 10: GCS 9/1, 232, 23-24.

esse affirmat apud Hebraeos. Quarto confirmatur, quia Synagoga Iudaeorum, quae ante adventum Christi fuit, errare non potuit in fide, cum fuerit vera Ecclesia. Illa autem, ut Hieronymus constantiter affirmat¹¹⁹ et attestatur testimonium antiquorum reliquorum Patrum qui citati sunt, solum recipit ut canonicos viginti duos illos libros Veteris Testamenti, de quibus a nullo fere fuit unquam dubitatum an essent Canonici; ergo reliqui de quibus est disputatio, reiciendi sunt a canone.

Tertio argumentabitur quis de Ecclesiastico, quia Augustinus in libro De cura pro mortuis agenda, cap. 15¹²⁰, non videtur certus Ecclesiasticum librum esse canonicum, neque D. Thomas, 1 p., q. 89, a. 8 ad 2¹²¹. Quare inter canonicos recipiendus non videtur.

Quarto argumentabitur peculiariter de libris Machabaeorum qualiter Gelasius in illo suo decreto citato¹²² reicere videtur duos Machabaeorum. Connumerans enim libros canonicos inquit: Machabaeorum liber unus. Gregorius, lib. 19 Moralium, cap. 17¹²³; Eusebius, De temporibus¹²⁴; Ricardus, 2 Exceptionum, cap. 9¹²⁵; et Occham, 3 p. Dialogorum, tract. 1, lib. 3, cap. 6¹²⁶, utrumque reiciunt. His adde quod autor illorum librorum, in fine secundi libri, veniam a lectoribus precatur¹²⁷, quod alienum videtur a libris canonicis assistentia Spiritus Sancti conscriptis. Aliae rationes quae contra hos libros Machabaeorum fieri poterant, quo-

119. Veaase, por ejemplo, lo que dice en el prólogo al libro de los Reyes, citado en la nota 90.

120. AUGUSTINUS, De cura pro mortuis gerenda, c. 15, 19: CSEL 41, 653, 1-6.

121. THOMAS, Summa Theologica, I p., q. 89, a. 8 ad 2: ed. Leonina, Roma, 1889, t. 5, 394 b.

122. En el texto que ofrece, por ejemplo, Mansi, 8, 146, de este *Decretum Gelasianum* (en sus primeras partes, «*Decretum Damasi*») aparece, como dice el MS: *Machabaeorum liber unus*. En la transcripción que hoy suele ofrecerse (cfr. DS⁹⁸, n. 179), se dice: *Machabaeorum libri 2*.

123. GREGORIUS I, *Moralium in Job*, lib. 19, c. 21, 34: PL 76, 119. En las ediciones antiguas de San Gregorio, por ejemplo en la de París, 1537, apud Claudium Chevallonium, el texto está en el capítulo 17, como dice el manuscrito.

124. EUSEBIUS, *Chronicon Hieronymi*: GCS 24, 136.

125. RICARDUS A SVO. VICTORIS, *Liber Exceptionum*, lib. 2, c. 9: ed. Chailion, Textes Philosophiques du Moyen Age, 5, París, 1898, p. 120, 23-24.

126. OCCHAM, *Dialogi*, p. 3, tr. 1, lib. 3, c. 16: ed. Frankfurt, 1614, 834, 17-20. Estas cuatro últimas citas parece las toma Molina de Cano, *De locis*, lib. 2, c. 10, a quien cita poco después.

127. 2 Mac 15, 39s.

nam ad expositionem potius eorum spectant, silentio praetermitta; eas tamen atque earum solutionem videre poteris apud Canam, 2.^o De locis, cap. 10, et 11¹²⁸, apud Driedonem, loco citato¹²⁹ et apud alios.

Tertia pars in qua adducuntur rationes quibus in dubium vocari posset an libri Novi Testamenti, de quibus aliquando dubitatum est an essent canonici, sint vera Canonici

[f. 40r] Argumentabitur quis, primo quod Epistola ad Hebraeos canonica non sit, quia ut refert Hieronymus, De scriptoribus ecclesiasticis in Caio¹³⁰, Caius in quodam volumine connumerans tantum 13 epistolas Pauli, affirmat eam quae est ad Hebraeos non esse Pauli, et subiungit apud Romanos usque in illum diem non haberi tanquam Pauli Apostoli. Idem, de eodem Caio, refert Eusebius, lib. 6, Ecclesiasticae Historiae, cap. 21¹³¹, nisi quod non refert Caium affirmasse a romanis absolute non haberi tanquam Pauli, sed a quibusdam duntaxat romanis. Hieronymus etiam in commentariis super caput 6 et 8 Esalae¹³², dubitans de autoritate huius epistolae affirmat a romanis non recipi tanquam canonicam. De autoritate etiam eiusdem epistolae dubitat in epistola ad Parolinum, cap. 3¹³³ et De viris illustribus in vita Pauli¹³⁴, et est proaemium quod in Bibliis ponitur ante epistolas Pauli¹³⁵. Dubitari etiam de autoritate eiusdem epistolae affirmavit Origenes, locu supra citato¹³⁶, et affirmarunt plures alii.

2.^o argumentantur quidam quod si haec epistola esset Pauli, utique scribens eam ad hebraeos hebraeo sermone eam scripssisset; at non esse scriptam hebraeo sermone probant primo, quia

128. CANO, De locis, lib. 2, c. 10 y 11: ed. Berry c., t. 1, pp. 75ss; 88-94.

129. DRIEDON, De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus, lib. I, c. 3, 2: ed. c., f. 13r-v.

130. HIERONYMUS, De viris illustribus, c. 59: PL 23, 706.

131. EUSEBIUS, Ecclesiastica Historia, lib. 6, c. 20, 3: GCS 9/2, 506, 16-21.

132. HIERONYMUS In Esaiam III, VI, 2, 3; ib., VIII, 18: OChr 73, 86, 28; 118, 18-20.

133. HIERONYMUS, Epistola 53, 9, 3, ad Parolinum Presbyterum: OSEL 54, 462, 10s.

134. HIERONYMUS, De viris illustribus, c. 5: PL 23, 647-650.

135. HIERONYMUS, Prologus in Epistolis Pauli: Vulgata, ed. Weber, 2, 1748.

136. Véase la nota 116.

in ea autor, cap. 7³⁷, inquit: Melchisedech interpretatur Rex iustitiae, quod si hebraice esset scriptum perinde esset ac si diceret Melchisedech interpretatur Melchisedech, quod esset inepte dictum. 2.^o, quia idem autor hebraica testimonia citat non iuxta veritatem hebraicam, sed iuxta translationem LXX interpretum. Et 3.^o, quia epistola hebraica nunquam reperitur; non est aulem verisimile ex omnibus epistolis Apostolicis hanc solum perisse in eo idiomate in quo fuit scripta.

3.^o principaliter argumentantur, quia autor illius epistolae, capite primo³⁸, probat Christum esse Filium Dei ex illo testimonio (f. 40v): *Ego ero illi in Patrem et ipse erit mihi in Filium*, quod ad litteram de Salomone intelligitur, ut patet 2 Reg 7³⁹; hoc autem et epistolam canonicam et scripturam et Paulum Apostolum doceret.

4.^o quia autor epistolae, cap. 2⁴⁰, inquit se in doctrina evangelica ab his qui audierunt Dominum fuisse confirmatum; Paulus autem ad Gal 1.⁴¹ ait se non ab homine neque per hominem accepisse Evangelium, sed per revelationem Iesu Christi.

5.^o quia autor epistolae, cap. 9⁴², loquens proprie de testamento, qua ratione a pacto distinguatur, comparansque Novum Testamentum Veteri, in ea significatione citat testimonium Exodi 24⁴³, ubi Moyses de pacto loquebatur, ut patet intuenti litteram. Idem etiam fecit capite sequenti⁴⁴ citans testimonium Jeremiae 31; hoc autem absurdum est vel Paulo vel scripturae canonicae tribuere.

6.^o quia autor epistolae capite 9⁴⁵ affirmat in arca testamenti fuisse urnam auream habentem manna et virgam Aaron quae fronderat et tabulas Testamenti; cum tamen 3 Reg 8⁴⁶ di-

137. Heb 7, 2.

138. Heb 1, 5.

139. 2 Sm 7, 14.

140. Heb 2, 3.

141. Cól 1, 12.

142. Heb 9, 19s.

143. Ex 24, 7, 8.

144. Heb 10, 16.

145. Heb 9, 4.

146. 1 Reg 8, 9.

catur: *In arca non erat aliud, nisi duae tabulae lapideae, quas posuerat in ea Moyses in Horeb*; epistola ergo quae tam aperte pugnat cum libris canonicis, canonica non est.

7.^o argumentabitur quis, quod epistola Iacobi canonica non sit, quia Eusebius, 2 lib. Ecclesiasticae Historiae, cap. 23¹⁴⁷, ita inquit: Iacobi esse dicitur epistula quae inter catholicas prima est; sciendum autem est esse eam adulterinam. Non enim multi ex veteribus mentionem illius faciunt, sicut nec eius quae Iudae inscribitur, cum et ipsa sit ex septem quae catholicae appellantur sive canonicae. Attamen scimus et [f. 41r] istas cum reliquis publice in plurimis ecclesiis legi. Haec enim Eusebius. Idem ait 3 lib., c. 25¹⁴⁸. Adde quod Origenes, loco citato¹⁴⁹, connumerans omnes alios libros Novi Testamenti, nec epistolae Iacobi, nec Iudae meminit.

8.^o probatur epistolam secundam Petri non esse canonicam nec a Petro scriptam, quia stylus eius longe diversus est ab stylo primae. Quare cum primam constet esse Petri, fit ut secunda nec ipsius nec canonica sit. Hieronymus in epistola ad Cyprianum¹⁵⁰, motus hoc argumento, de ea dubitat. Origenes praeterea, loco citato¹⁵¹, connumerans primam epistolam Petri inter canonicas, addit: Nam esto reliquerit aliam; de ea controversatur. Eandem tanquam adulterinam reicit Eusebius, 3 lib. Historiae ecclesiasticae, cap. 3 et 25¹⁵², perinde de ea loquens atque de epistolis Iacobi et Iudae.

9.^o probatur secundam et tertiam epistulas Iohannis canonicas non esse, quia Origenes, loco citato¹⁵³, perinde de eis loquitur atque de secunda Petri. Et Eusebius etiam, lib. 3, cap. 25¹⁵⁴. In quam etiam sententiam accedit Hieronymus, De scriptoribus ecclesiasticis, in vita Iohannis¹⁵⁵, quae est prologus in Bibliis ante Evange-

147. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 2, c. 23, 24s: GCS 9/1, 174, 12-17.

148. *Id.*, *ib.*, lib. 3, c. 25: GCS 9/1, 251, 22.

149. Vide in nota 118.

150. HIERONYMUS *Epistola* 148, 3, ad Cyprianum: *... et ex epistula, quae nomine Petri apostoli scribitur...* CSEL 96, 278, 3-4.

151. Vide in nota 118.

152. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 3, c. 3, 1: GCS 9/1, 188, 19-190, 1; *Id.*, *ib.*, lib. 3, c. 25, 3: GCS 9/1, 260, 28-27.

153. ORIGENES, *o. et l. c.* en la nota 118.

154. EUSEBIUS, *o. et l. c.* en la nota 152.

155. HIERONYMUS, *De viris illustribus*, c. 9: PL 23, 655 B.

libro Ioannis; tum etiam in vita Papiae¹⁵⁶; inclinantque Hieronymus et Eusebius conscriptas esse a quodam Ioanne, praesbitero, discipulo Ioannis.

10.^o Praeter ea quae contra epistolam Iudae argumento 7 obiecta sunt, obicitur adhuc quod in eo citatur testimonium libri Enoch apocryphi, quod alienum est ab scriptura canonica.

11.^o Quod Apocalypsis liber canonicus non sit, arguitur quia Eusebius, 3 lib. *Historiae ecclesiasticae*, cap. 39¹⁵⁷ asserit Apocalypsim non esse Ioannis Evangelistae. Et idem suspicatur Dionysius Alexandrinus apud eundem Eusebium lib. 3, cap. 25¹⁵⁸ et plures alii. Atque ut Hieronymus ad Darda[.f. 4lv]num affirmat¹⁵⁹, graeci eam non recipiunt. Dorotheus praeterea, Tyri episcopus¹⁶⁰, affirmans Ioannem evangelistam in insula Pathmos scripsisse Evangelium, nullam Apocalypsis mentionem fecit. Adde quod stylus Apocalypsis diversus est ab stylo Evangelii Ioannis, et quod consuetudo Ioannis in Evangelio et epistolis est suppressere nomen suum; Ioannes autem ille, qui scripsit Apocalypsim, frequenter se ipsum nominat.

Quarta pars in qua affirmatur Catalogus librorum quos certa fide tenendum est esse canonicos, ostenditurque eos esse tales

Ante omnia hoc loco explicanda est acquivocatio quorundam nominum quibus Doctores utuntur in hac materia, idque ne quis decipiatur Nomina autem sunt haglographa et apocrypha. Haglographa seu sancta scripta libris sancti, duobus modis dicuntur: uno modo ut pertinent ad Canonem et distinguuntur a lege, hoc est, libris Moysis, et a libris Prophetarum. Et hoc modo ha-

156. *Id., ib.*, c. 18: PL 23, 670 A-B.

157. Eusebius, *Ecclesiastica Historia*, lib. 3, c. 39, 6: GCS 9/1, 260, 4-9.

158. *Id., ib.*, lib. 3, c. 25, 2: GCS 9/1, 250, 24-26.

159. Hieronymus, *Epistola 129*, 3, 8, ad Dardanum: «...nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsim Iohannis eadem libertate suscipiunt...»: CSEL 56, 169, 13-14.

160. *Dorotheus, episcopus Tyri*. Molina debe referirse a la traducción latina que dio a conocer por primera vez Wolfgang Musculus en 1557, y que es, probablemente, la publicada por Th. Sermann en 1907 (*Texte und Untersuchungen*, XXXI, 3, 258); pero no conoció el texto griego de Dorotheo, donde se dice explícitamente que Juan escribió el Evangelio y Apocalypsis (*ib.*, p. 257 b).

giographa libri sunt canonici. In eaque significatione usurpavit Hieronymus vocabulum «hagiographa» in prologo galeato¹⁶¹. Alio modo dicuntur ita ut libri sancti maximaeque autoritatis (infra eam tamen quae requiritur ad librum canonicum et ad convincendum ex eo dogmata fidei), hagiographa dicantur. Hoc modo hagiographa extra canonem sunt; in eaque significatione usus est Hieronymus hoc vocabulo in prologo in Tobiam¹⁶², ubi ita inquit: Hebraei librum Tobiae de catalogo divinarum scripturarum secantes illis quae hagiographa memurant, manserunt. Et in prologo in Judith¹⁶³ inquit: Apud hebraeos liber Judith inter hagiographa legitur, cuius autoritas ad roboranda illa quae in contentione veniunt minus¹⁶⁴ idonea iudicatur.

Apocrypha, id est, abscondita dicuntur ea quorum origo et autoritas est occulta et ob id nun sunt satis authentica. Praeter [f. 12r] missa vero hoc loco expositione illa Glossae, cap. Canones, d. 16¹⁶⁴, quae apocrypha exponit, id est, sine certo autore, unde libros Iudicum appellat ibi apocryphos, alique libri canonici iuxta eam expositionem appellandi essent apocryphi, a quo tamen modo loquendi abstinendum est, cum ipsorum autoritas maxima sit atque indubitata. Praetermissa, inquam, expositione illa, duobus modis quod attinet ad praesens institutum libri aliqui dicuntur apocryphi: altero, quia non sunt indubitatae autoritatis ac tantae ut ex illis comprobari et convinci possint dogmata fidei. Hoc modo quicumque libri canonici non sunt, inter apocrypha computantur. Et ita usus est hoc vocabulo Hieronymus in prologo galeato¹⁶⁵, ubi computatis libris canonicis adiecit: Quidquid extra hos est, inter apocrypha est computandum, nolens Tobiam, Judith, libros Machabaeorum, Sapientiam et Ecclesiasticum (quos canonicos non esse putavit) inter apocryphos esse computandos. Alio modo dicuntur aliqui libri apocryphi, quia sunt parvae admodum autoritatis. In qua significatione praedicti libri neque a Hieronymo neque ab aliis computantur inter apocryphos, sed in-

m. Ms . . . in contentionem veniunt, magis idonea iudicatur.

161. HIERONYMUS, *Prologus in Libro Regum*: ed. c. (nota 119), p. 693.

162. HIERONYMUS, *Prologus in Tobia*: ed. c., t. B, Roma, 1950, p. 155, 4-5.

163. Id., *Prologus in Judith*: ib., p. 213.

164. *Corpus Iuris Canonici, Decretum Gratiani*, c. 1, D. XVI: ed. Friedberg, 1, 41.

165. Videsse la nota 161.

ter hagiographos, ut patet ex prologis in Tobiam¹⁴⁶, Judith¹⁴⁷ et Proverbia¹⁴⁸. Imo et opera doctorum sacrorum non dicuntur apocrypha in hac significatione, neque historiae profanae quae sunt non contemnendae auctoritatis. Atque haec significatio et usurpatio apocryphorum frequentior est in communi usu loquentium.

Illud praeterea est advertendum: Libros illos sive Veteris sive Novi etiam Testamenti, de quibus aliquando est dubitatum an essent canonici, et ob id ab aliquibus Patribus a catalogo librorum canonicorum reiecti sunt, perpetuo a temporibus Apostolorum in pluribus ecclesiis et a pluribus antiquissimis doctoribus receptos esse tanquam canonicos, neque id latuisse Hieronymum [l. 42v] aliosque qui de eorum auctoritate dubitarunt et ob id eos a Canone reiecerunt. De eis namque tanquam de re controversa et ambigua Hieronymus et alii loquuntur, ut ex parte patet ex testimoniis quae obiciendo citavimus ex his ipsis auctoribus qui eos reieciunt. Quia tamen liber canonicus certae et indubitatae auctoritatis esse debet, sat fuit Hieronymo et aliis videre ab aliquibus ecclesiis et ab aliquibus viris alicuius nominis non recipi tanquam canonicos, aut de eis aliquibus coniecturis dubitare, ut ante definitionem Ecclesiae universalis eos reicerent a Canone, non negantes ab eis maxime infra eam canonicam auctoritatem, maiorem aut minorem prout a pluribus ecclesiis et a pluribus et gravioribus Patribus videbant eos tanquam canonicos recipi; et denique prout maiores vel vehementiores erant coniecturae eos esse canonicos. Qua ratione hos libros inter hagiographa computarunt volueruntque eos legi ad edificationem morumque compositionem fidelium, ut patet ex Hieronymo in prologis in Tobiam¹⁴⁶, Judith¹⁴⁷ et Proverbia¹⁴⁸. Hunc autem honorem aliis libris ab ecclesiis et antiquis Patribus non ita receptis et de quibus non erant tot coniecturae ens esse canonicos, minime tribuerunt, ut de tertio et quarto Esdrae patet. Erant vero Patres illi parati ad suscipiendos libros illos tanquam canonicos si Ecclesia aliquando de illis tale iudicium ferret. Unde Hieronymus in prologo in Judith¹⁴⁷, postquam dixit librum illum ab Hebraeis inter hagiographa computari, adiecit: Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse

146. Vése la nota 162.

147. Vése la nota 163.

148. Hieronymus, *Prologus in libris Saionois*, ed. c., l. 17, 3ss.

(quod quasi diceret: si verum est inter canonicos procul dubio est habendus) acquievi postulationi vestrae, etc. Non ergo huiusmodi libri, de quibus aliquando fuit controversia an essent canonici et quos Hieronymus inter haglographa computat, tam parvae sunt auctoritatis (esto ab Ecclesia iam hodie non essent definiti esse [f. 43r] canonici) ut eorum auctoritas ad confirmanda dogmata fidei non praeponderet auctoritati doctissimorum et sanctissimorum virorum; non esset tamen certum, sed probabile argumentum ad dogmata fidei, quemadmodum neque nuda auctoritas plurium sanctissimorum et doctissimorum virorum est efficax, sed probabile argumentum ad dogmata fidei. Hoc admonui ut quando ex huiusmodi libris citamus testimonia adversus haereticos nostri temporis, qui licet alios de quibus nunquam fuit dubitatum, recipiant, circa hos variae sunt sententiae inter illos, quibusdam sciencibus quosdam et quibusdam alios ex his (semper namque haereticorum ingenium fuit minuire Scripturas quantum possunt, et potissimum eas quae ipsis videntur repugnare, ne habeamus tot unde ipsos possimus convincere et in lucem revocare) intelligantur nos non leve argumentum adversus ipsos adducere. Quando enim nobis responderent eos non esse libros canonicos, praeterquam quod ex dicendis convincere possumus eos esse canonicos, nisi velint insanire, possumus illis obicere quod esto non essent canonici, sunt tamen maioris auctoritatis quam plures doctores gravissimi et quam ipsimet omnes haeretici simul sumpti. Quare seclusa in contrarium auctoritate irrefragabili alterius scripturae canonicae, illis potius libris standum esset quam imaginationibus ipsorum.

Augustinus, cuius tempore, ut videbimus, omnes in universum libri canonici quos hodie ut tales recipit Ecclesia definiti sunt (nam Baruch cuius tunc non est facta mentio sub Jeremia ab illis Patribus, ut in sequentibus patebit, est comprehensus) Augustinus, inquam, 2.^o De doctrina christiana, cap. 8^{mo}, non solum tradit integrum catalogum librorum canonicorum, sed simul etiam tradit modum quo diludicandi sunt et quo plane Ecclesia usa est in illius diiudicandis et definiendis. Ita enim eo loco inquit: In canonicis scripturis (discernendis scilicet et diiudicandis) ecclesiarum catholicarum quam plurimum auctoritatem [f. 43v] se-

quatur (ut illas scilicet recipiat quis quas ecclesiae ut tales habent), inter quas (ecclesias scilicet) sane sunt illae (potissimae) quae apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt, id est, quas docuerunt et fundaverunt Apostoli per seipsos et quae recipere meruerunt epistolas Apostolorum ad ipsas missas. Et addit¹⁷⁰: Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas quae ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, praeponat eis quas quaedam non accipiunt. In his vero quae non accipiuntur ab omnibus praeponat eas quas plures graviioresque accipiunt eis quas pauciores minorisque autoritatis ecclesiae tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a graviioribus haberi quatinquam hoc inveniri non possit, aequalis tamen autoritatis eas habendas puto. Hactenus Augustinus. Et tunc subiungit integrum catalogum librorum canonicorum quem hodie recipit Ecclesia. Hac igitur via Ecclesia quae erat tempore Augustini (diligenti discussione facta quae scripturae, a quibus ecclesiis traditione Apostolorum acciperentur canonicae, consultisque accurate doctoribus antiquis vicinis temporibus Apostolorum, qui eas ut canonicas receperunt, atque ex eis ut canonicis testimonia citarunt). De quibus scripturis reperit manifesta indicia sufficientissimasque rationes atque motiva eas traditione Apostolorum esse canonicas, definivit esse canonicas non obstante quod ab aliquibus particularibus ecclesiis non reciperentur ut tales, et quod intelligeret privatos aliquos atque antiquos doctores de eis dubitasse voluisseque ea recipere intra canonem. Quare cum Ecclesia sui Spiritus Sanctus assistit hac in parte errare non potuerit, faciliusque tunc fuerit toti Ecclesiae, eo quod vicinior fuerit temporibus Apostolorum id examinare quam sit modo post tot secula privatis hominibus, mirandum est [f. 44r] plane de haereticis quod tam levibus coniecturis propter censuras quorundam Patrum, qui propria sententia omnique ambiguitate deposita statim definitionibus Ecclesiae paruisserit, velint ipsi modo discedere a tot definitionibus Ecclesiae et a re tam constituta, et examinata atque recepta in Ecclesia Dei.

De doctoribus catholicis qui post definitiones Ecclesiae vel dubitaverunt de autoritate aliquorum librorum canonicorum vel eos a Canone reiecerunt, de quorum numero fuerunt Lyra super Es-

170. *Ibid.*: p. 39.

dram, cap. 1^m, et super Tobiam¹⁷²; Abulensis, in prologo super Matthaeum, q. 2 et sequentes¹⁷³; D. Antoninus, 3 p., titulo 18^m; Caietanus, variis in locis super Novum Testamentum et in fine Commentariorum super Esther¹⁷⁴, dicendum est ens ad definitiones Ecclesiae hac in parte non advertisse vel si aliquis advertit, ut Caietanus super librum Esther, ubi posterius quam super Novum Testamentum scripsit, putasse satis esse glossam qua eo loco usus est Caietanus; quam tamen in sequentibus ostendemus nullam esse. Quare damnandi non sunt tanquam haeretici. Illud vero addam: Caietanum in hac materia de libris canonicis vehementer errasse, nimisque praecipitem et parum circumspectum fuisse, temporibus periculosis: novitatibus tamen Erasmi videtur deceptus, qui multo turpius et peius hac in parte erravit.

His praehabitis, sit haec Conclusio: De fide est omnes libros Novi et Veteris Testamenti qui in communibus Bibliis continentur, praeter tertium et quartum Esdrae (his duobus adurge tertium Machabeorum, qui in Bibliis complutensibus est graeco characteris) libros esse canonicos. Nomina vero eorum exprimentur in particulari quando definitionem Concilii Tridentini subiciemus. In primis, libros omnes Veteris Testamenti de quibus non fuit controversia et libros omnes Novi Testamenti tam de quibus non fuit controversia quam de quibus fuit controversia (Apocalypsi excepto) diffinitum [f. 44v] esse canonicos Concilium Laodicenum, provinciale, cap. 59^o, anno ab adventu Christi 364 congregato et a sexta Synodo generali in secunda ipsius parte quae Constantinopoli in Trullo parte quadam palatii imperatoris sub Iustiniano fuit congregata, canone secundo confirmatum¹⁷⁵. Fuit namque Concilium tertium Constantinopolitanum, quod sexta Synodus universalis appellatur his (sicut et nostrum Tridentinum ter) congregatum, semel sub Constantino et secundo sub Iusti-

171. Cfr. per exemplo: *Biblia Sacra cum glossa ordinaria* [.] et *Posilla Nicolai Lironi*, t. 2, Amberes, 1617, col. 1280.

172. Cfr. id., col. 1499s.

173. ALPHONSUS DE MADRICAL, *Commentariorum in sanctum Ierem Christii Evangelium secundum Matthaeum Praefatio*, q. 2-4; ed. Venocla, 1728 (Opusculum, t. 18), pp. 2-4.

174. D. ANTONINUS ARCH. FLORENT., O. P., *Summa*, 3 p., titulo 18, c. 6, § 3. Lyon, 1530, t. 3, f. 172.

175. CAIETANUS, *In librum Esther Commentarii*, c. 10, Paris, 1546, l. 181v-182r.

176. CONCILIUM LAODICENUM, cap. 59; ed. JOANNES, t. 1/2, p. 154s.

177. CONCILIUM IN TRULLO, can. 2; ed. JOANNES, l. 1/1, p. 122.

niano, ut patet cap. Habeo librum, 16 d.¹⁷⁸ Atque hæc secunda pars, quæ a prima divisa est, Trullana Synodus dicitur. Hos omnes libros et simul etiam Apocalypsim affirmarunt esse Canonicos Cyprianus in expositione Symboli in illa verba: «Sanctam ecclesiam catholicam»¹⁷⁹ et Damascenus, 4.^o libro Fidei orthodoxæ, cap. 18.¹⁸⁰ Unde patet minus controversiæ fuisse circa libros Novi Testamenti quam circa libros Veteris.

Obicies: Laodicenum Concilium, a 6.^a Synodo approbatum, hos tantum definiit libros canonicos¹⁸¹; ergo non sunt plures vel certe Concilium illud erravit. Neganda est tamen consequentia. Ita enim illos definiit Canonicus et assistentia Spiritus Sancti conscriptus, ut non negaverit alios esse eadem assistentia Spiritus Sancti conscriptos. Ecclesie enim non simul elucent omnes veritates fidei, neque simul omnes definit, sed paulatim prout facta diligentia elucent. Quare definiens unum quid esse de fide, non negat alia quæ non definit esse de fide; et definiens unum librum esse canonicum, non negat alios quos non definiit esse canonicos et assistentia Spiritus Sancti conscriptos, sed reliquit hæc amplius examinanda et discutienda quousque sufficienter eluceat ut differantur.

Deinde libros omnes qui in conclusione proposita continentur definiunt esse canonicos, imprimis Concilium Carthaginense 3, cap. 47.¹⁸², anno a nativitate Christi 428 celebratum; fuit provinciale, et a 6.^a Synodo Trullana, can. 2.¹⁸³ confirmatum et a Leone IV, cap. De libellis, 20 d.¹⁸⁴. Deinde eisdem [f. 45r] definiunt Innocentius I, § Epistola decretali ad Exuperium, capite ultimo¹⁸⁵, in primo tomo Conciliorum. Gelasius in catalogo librorum Canonicorum citato¹⁸⁶, quos recipit sancta Romana Ecclesia. Con-

178. CORPUS IURIS CANONICI. *Decretum Gratiani*, 1 p., c. 6, D. XVI: ed. Friedberg, I. Graz, 1955, col. 43a. (Véase la nota del editor).

179. Véase la nota 111.

180. Véase la nota 112.

181. Véase la nota 176.

182. CANONES SYNOBI APUD CARTHAGINEM (419), c. 24: ed. Joannou, p. 239s. Cfr. DSP⁴, 186, donde puede verse la rectitud de la cita de Molina.

183. Cfr. nota 177.

184. CORPUS IURIS CANONICI. *Decretum Gratiani*, 1 p., c. 1, D. XX: ed. Friedberg, I, 65s.

185. INNOCENTIUS I, *Epist. «Consistenti tibi» ad Exuperium ep. Talosensem*, c. 1: DSP⁴, 213.

186. GELASIUS I, *Decretum Gelasianum (Decretum Damasi)*: DSP⁴, 179s.

cillum Florentinum, universale, in instructione Armenorum¹⁸⁷. Et dicit in ea diffinitione particularis et expressa mentio libri Baruch. Et novissime Concilium Tridentinum, sess. 4, sub his verbis. Sacrorum librorum Indicem huic decreto ascribendum censuit, sancta scilicet synodus, ne cui dubitatio suboriri possit quinam sint qui ab ipsa Synodo suscipiantur. Sunt vero infra scripti. Testamenti Veteris quinque Moysis: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdrae primus et secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum 150 Psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Cantica Cantorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetae minores. Id est, Oseeas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michaeas. Nabum, Abacuch, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias, duo Machabaeorum, primus et secundus. Testamenti Novi quatuor Evangelia, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Iohannem, Actus Apostolorum, a Luca evangelista conscripti, 14 epistolae Pauli: Ad Romanos, duae ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duae ad Thessalonicenses, duae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos; Petri Apostoli duae; Iohannis apostoli, tres; Iacobi apostoli, una; Iudae apostoli, et Apocalypsis Iohannis apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia catholica legi consueverunt et in Veteri Vulgata latina editione habentur pro sacris et canonicis non susceperit, anathema sit¹⁸⁸. Augustinus etiam, loco citato, 2.^o De Doctrina christiana, cap. 8¹⁸⁹; et Isidorus 6.^o Ethymologiarum, cap. 1⁹⁰ affirmant omnes hos libros esse canonicos. Quare dubitan[is] 45v]dum non est de fide esse singulos libros memoratos Canonicos esse. Miror ergo Canonum, 2 De locis, cap. 9¹⁹¹, temerarium et erroneum appellare reicere Baruch a libris canonicis, haeresim vero id non audere appellare, cum in duobus Conciliis generalibus, Florentino et Tridentino, expresse et sub proprio nomine diffinitum sit esse canoni-

n. Ms: 1^o

187. CONCILIIUM FLORENTINUM, *Decretum pro Iacobitis*: Enchiridium Biblicum², Nápoles-Roms, 1854, n. 47: DS⁹⁵, 1335.

188. CONCILIIUM TRIDENTINUM, sess. 4: DS⁹¹, 1502s.

189. AUGUSTINUS, *De doctrina christiana*, lib. 2, cap. 8, 13. Cfr. nota 97.

190. ISIDORUS, *Etymologiarum*, lib. 6, c. 1, 1-9. Cfr. nota 98.

191. CASO, *De locis*, lib. 2, c. 9: ed. Serry c., 1, p. 67.

cum¹⁹². Miror etiam quod eadem formula loquendi utatur circa quosdam alios libros quos duo Concilia generalia sub anathemate definierunt esse canonicos.

Caletanus, qui ante Concilium Tridentinum scripsit, ad reliqua quae citata sunt, respondet in fine commentarii super librum Esther¹⁹³, duobus modis posse librum aliquem dici canonicum: altero, quia est habendus pro regula ad confirmandum dogmata fidei; et altero, quia est regularis ad aedificationem et ad componendum mores fidelium. Atque hoc secundo modo vult esse intelligendas definitiones citatas, non in primo. Est vere ridicula, et contra communem omnium conceptionem, haec responsio. Nunquam enim fuit usus in Ecclesia canonicus illos appellare eos qui non sufficiunt ad convincendum ea quae sunt fidei. Et plane, si utroque modo libri dicerentur canonici, Patres in re tanti momenti distinguerent in qua significatione loquerentur. Praeterea, Concilium Tridentinum hanc responsionem excludit. Praeter alia enim, post illa verba quae citavimus, subiungit: Omnes itaque intelligant quo ordine et via ipsa Synodus post iactum fidei confessionis fundamentum sit progressura et quibus potissimum testimonii ac praesidis in confirmandis dogmatibus sit usura¹⁹⁴. Confessionis fidei fundamentum appellavit definitionem librorum canonicorum; et testimonii librorum canonicorum, quae definierat, dicit Synodus esse usuram ad confirmandum dogmata fidei.

Licet praedicta sufficiant, adicienda sunt tamen nonnulla circa singulos libros de quibus aliquando fuit dubitatum. Atque ut a Tobia incipiamus, imprimis Clemens I [c. 46r], B. Petri discipulus, Epistola 2.^a et prima ad Iacobum fratrem Domini¹⁹⁴, quae habentur in primo tomo Conciliorum, citat ex eo testimonia; et Anacletus, Decreto 1.^o¹⁹⁵, qui Clementi successit in Pontificatu;

u. Ms: canonicos.

192. CALETANO, in *librum Ester Commentarii*, c. 10. Cir. nota 175.

193. CONCILIUM TRIDENTINUM, sess. 4: «Omnes itaque intelligant, quo ordine et via ipsa Synodus post iactum fidei confessionis fundamentum sit progressura, et quibus potissimum testimonii ac praesidis in confirmandis dogmatibus et instaurandis in Ecclesia moribus sit usuras: DS⁹⁸, 1505.

194. CLEMENS I, *Epist. 1 ad Iacobum, fratrem Domini*: Mansi, I, 100.

195. ANACLETUS, *Epistola 1*: Mansi, I, 601.

Et Alexander I, epistola 1.^a decretali¹⁹⁶, Calixtus, epistola 2.^a Decretali¹⁹⁷; Marcellus, epistola item 2.^a¹⁹⁸; et plures alii.

De libro Judith, in prologo¹⁹⁹, Hieronymus affirmat a Nicena Synoda universali, legi in numero sanctarum Scripturarum computatum. Libros vero Machabaeorum Origenes, apud Eusebium, 6.^o libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 25²⁰⁰, computare videtur inter Canonicos, si mendum non est in littera. Et ex eis et ex libro Judith variis in locis citat testimonia. Et idem faciunt alii Patres antiqui.

Librum Sapientiae computat inter Canonicos Mellitus, apud Eusebium, 4.^o libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 26²⁰¹. Praeterea, Sapientiae 2²⁰² manifestissima est prophetae mortis Christi et modi quo procuranda erat a Iudaeis, quod non nisi divino spiritu praedici potuit. Item Sapientiae 7 et 9²⁰³ manifeste patet autorem ibi loquentem esse Salomonem; absque controversia autem per Salomonem Dominus loquutus est. Utuntur testimonio huius libri Dionysius Areopagita, Pauli apostoli discipulus, De divinis nominibus, cap. 4²⁰⁴, tanquam ex divina Scriptura. Clemens alexandrinus, ut refert Eusebius, 6.^o libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 13²⁰⁵. Et Irenaeus, ut refert idem Eusebius, lib. 5, cap. 27²⁰⁶. Clemens I, epistola 1.^a et 2.^a ad Jacobum fratrem Domini²⁰⁷. Et plures alii, quos longum esset recensere. Lege de hac re Augustinum, De praedestinatione Sanctorum, cap. 14²⁰⁸.

De libro Ecclesiastici citat testimonia Clemens Alexandrinus, ut refert Eusebius, 6.^o libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 13²⁰⁹;

196. ALEXANDER I, *Epistola 1*: Mansi, 1, 641.

197. CALIXTO I, *Epistola 2.^a decretalis*: Mansi, 1, 744.

198. MARCELLUS I, *Epistola 2*: Mansi, 1, 1268.

199. HIERONYMUS, *Prologus Judith*: ed. Weber, 1, 691.

200. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 25, 3. La traducción de Rufino dice: «Machabaeorum vero libros extrinsecus habent».

201. *Id.*, *ib.*, lib. 4, c. 26, 14; GCS 9/1, 388, 5.

202. *Ibid.*, sub 2, 1230.

203. *Ibid.*, sub 7, 555; 5, 7a.

204. PSEUDODIONYSIUS AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, c. 4, § 12: PG 3, 709.

205. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 13, 6; GCS 9/2, 548, 6-8.

206. *Id.*, *ib.*, lib. 5, c. 26; GCS 9/1, 489, 13-14.

207. CLEMENS I, *Epistola ad Jacobum fratrem Domini*: Mansi, 1, 105 C.

208. AUGUSTINUS, *De praedestinatione sanctorum*, c. 14, 26-29; PL 44, 979ss.

209. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 13, 6; GCS 9/2, 548, 6-9.

[f. 46v] et Clemens I, discipulus Petri apostoli, Epistola 1.^a et 2.^a ad Jacobum²¹⁰; et plures alii, quos longum esset recensere. Hunc et praecedentem librum esse Scripturam sacram ut rem certam tradit Epiphanius, Haeresi. 76²¹¹.

Ex libro Baruch tanquam ex Scriptura sacra citant plurimi testimonia. Attamen cum Baruch scriba fuerit aut notarius Jeremiae, et quae in libris Baruch continentur a Jeremia derivata credantur, frequentius antiqui Patres, quae continentur in libro Baruch, citant sub nomine Jeremiae quam sub nomine Baruch, reputantes librum Baruch tanquam partem quandam Jeremiae, perinde atque librum Threnorum. Quae causa fuit ut antiqua Concilia et Pontifices libri Baruch non expresse meminerint dum computabant libros Canonicos, comprehendentes illum in Jeremia. Huius rei apertissima sunt testimonia. Inprimis, Augustinus, 18 De Civitate Dei, cap. 33²¹², ita ait: Prophetans de Christo Jeremias ait: Hic Deus meus et non aestimabitur alter ad eum; qui invenit omnem viam prudentiae et dedit eam Jacob puero suo et Israel dilecto suo; post haec in terra visus est et cum hominibus conversatus est. Et subiungit continuo Augustinus: Hoc testimonium quidam non Jeremiae, sed scribae eius attribuunt qui vocabatur Baruch; sed Jeremiae celebratius habetur. Hactenus Augustinus. Cum ergo testimonium hoc libri Baruch sit et non reperiatur in reliquis quae attribuuntur Jeremiae, fit ut Patres qui fuerunt ante Augustinum consueverint hunc librum computare cum Jeremia. Idem testimonium citat Concilium II Constantinopolitanum, sub nomine Jeremiae in epistola Felicis Papae monitoriae ad Petrum episcopum Antiochenum²¹³, dicens: Ita quod ait Jeremias: Hic Deus noster non reputabitur alius ad eum. Idem citat 6.^a Synodus, actione 8.^a, sub nomine Jeremiae, ex quadam homilia Chrysostomi. Idem citat sub nomine Jeremiae Augustinus libro Quaestionum Veteris et Novi Testamenti, q. 102²¹⁴ [f. 47r]:

210. CLEMENS I. *Epistola 1.^a et 2.^a ad Jacobum*. Mansi, 1, 106 C; 128 E; 129 C.

211. EPIPHANIUS, *Adversus haereses*, lib. 3, t. 1, Haeresis 76: PG 42, 561.

212. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, c. 33: CChr 48, 626, 15-627, 21.

213. FELIX III, *Epistola ad Petrum ep. Antiochiae*: PL 58, 906 D.

214. CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM III, act. 8: Mansi, 11, 375 (6) D.

215. Debe referirse al libro hoy titulado: *Speculum «Quis ignorat» y que en las antiguas listas de las obras de San Agustín aparece bajo el nombre: De testimoniis scripturarum contra supra dictos [Donatistas] et contra idola*. (Cfr. A. WILMART, *Operum S. Augustini elenchus*, en *Miscellanea Agostiniana*, vol. 2: Studi Agostiniani, Roma, 1931, p. 171). La cita puede

Cassiodorus, Ps. 118²¹⁶; Et Chrysostomus, homilia quadam de Trinitate²¹⁷ Idem testimonium, tanquam Scripturae sacrae, citat Clemens, B. Petri discipulus, epistola 1.^a ad Jacobum²¹⁸. Ex eodem libro sub nomine Jeremiae citant testimonia Clemens Alexandrinus, libro 1.^o Pedagogorum, cap. 10¹¹⁹; Basilius, 4.^o libro Adversus Eunomium, super illud: Ut cognoscant te solum Deum verum²²⁰; Ambrosius, libro 1.^o De poenitentia, cap. 8²²¹, et 3 Exameron, cap. 14²²², et libro 1.^o De fide, cap. 3²²³; Sixtus Papa, Epistola 1.^a ad omnes Christi fideles²²⁴; et Pelagius in epistola ad Vigilium²²⁵. Quare procul dubio et est liber canonicus ex traditione Patrum et sub Jeremia comprehensus ab antiquis Conciliis et Pontificibus. In confirmationem huius libri facit quod Eusebius, De demonstratione evangelica, cap. 19²²⁶ et Clemens Alexandrinus, 2 Pedagogorum, cap. 3²²⁷, prophetiam Baruch non dubitant divinam affirmare; tum etiam quod in Ecclesia in vigilia Pentecostes nomine Prophetae proponitur et legitur universaliter Christi fidelibus a multis annorum centenaria. Non est autem dicendum Ecclesiam et fallere et falli hac in parte.

Ut vero deveniamus ad libros Novi Testamenti circa epistolam ad Hebraeos haec Eusebius, 6.^o libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 14²²⁸, de Clemente Alexandrino dicit: Epistolam ad Hebraeos Pauli quidem esse dicit verum hebraeorum gratia hebraice scriptum, et a Luca studiose conversam, gentibus quoque esse exposi-

corresponder, por tanto, al: *De divinis scripturis sive speculum*, 23: De poenitentia: CSEL 12, 401, 5-21.

216. CASSIODORUS, *Expositio Psalmorum*. El ms cita el Salmo 118. En él no hemos encontrado ninguna cita de Jeremías por Baruc. Cassiodoro, sin embargo, cita frecuentemente a Jeremías por Baruc en su exposición de los Salmos. Véase, por ejemplo: In Sal 47, 15: CChr 97, 430, 235s; In Sal 56, 6: CChr 97, 457, 194s; In Sal 81, 1: CChr 98, 767, 39s; 97, 2: CChr 877, 56s; In Sal 134, 17: CChr 98, 1221, 299-302.

217. PSEUDOCHRYSOSTOMUS, *Homilia de Trinitate*: PG 48, 1090.

218. CLEMENS I, *Epistola ad Jacobum*: Mansi, I, 99 D.

219. CLEMENTE DE ALEXANDRIA, *Paedagogus*, lib. 1, c. 10, 92, 3: GCS 12 145, 4-6.

220. PSEUDO-BASILIIUS, *Adversus Eunomium*, 14: PG 29, 705.

221. AMBROSIIUS, *De poenitentia*, lib. 1, c. 8: CSEL 73, 137, 34.

222. *Id.*, *Exameron*, lib. 3, c. 14: CSEL 32, I, 101, 5-7.

223. *Id.*, *De fide*, lib. 1, c. 3: PL 16, 534.

224. SIXTUS I, *Epistola ad omnes Christi fideles*: Mansi, I, 551b.

225. PELAGIUS I, *Epistola 1.^a ad Vigilium episcopum*: Mansi, 9, 710.

226. EUSEBIUS, *De demonstratione evangelica*, lib. 6, c. 19: GCS 23, 224, 20-21.

227. CLEMENS ALEXANDRINUS, *Paedagogus*, lib. 2, c. 3, 38, 4: GCS 12, 179, 3.

228. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 14, 2-4: GCS 9/2, 550, 1-14.

tam atque ob eam causam dictionem interpretationis illius consimilem reperiri dictioni Actorum Apostolorum Non esse autem praeter rationem quod epistolae huic nomen illud «Paulus apostolus» non sit praefixum; etenim cum hebraeis scriberet, quibus propter anticipatam de se opinionem suspectus erat, admodum prudenter nomen suum non posuit, ne illis max initio abstereretur. Et subiungit: Iam vero quoniam dominus Apostolus omnipotentis existens [f. 47v] ad hebraeos missus fuit, non scripsit se hebraeorum esse apostolum, cum propter honorem Christo competentem, tum etiam propterea quod ex abundantia cum Gentium esset praedicator et Apostolus, ad hebraeos scriberet. Libro etiam 6.^o, cap. 24^o, sententiam Origenis refert hac in parte, qui arbitratur hanc epistolam Canonicam esse et a Paulo per Clementem aut Lucam scriptam.

Hieronymus in catalogo Scriptorum ecclesiasticorum²²⁰, et est prologus ante epistolas Pauli, epistola quae fertur ad Hebraeos non eius creditur propter styli sermonisque distantiam, sed vel Barnabae, iuxta Tertullianum, vel Lucae evangelistae, iuxta quosdam, vel Clementis Romanae postea Ecclesiae episcopi, quem aiunt ipsi adlutum sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone. Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebraeos et propter invidiam sui apud eos nomine titulum in principio salutationis amputaverit²²¹, scripserat ut hebraeus hebraeis hebraice, id est, suo eloquio disertissime ut ea quae eloquenter scripta fuerant: in hebraeo, eloquentius verterentur in graecum, et hanc causam esse quod a caeteris Pauli epistolis discrepare videatur. Hactenus Hieronymus, qui in ultimo consentire videtur cum Clemente Alexandrino²²² [ad] quod Hieronymus videtur magis inclinare. Sententiam autem Clementis verissimam esse existimo hac in parte atque amplectendam. Clarius Hieronymus super epistolam ad Titum²²³ affirmat epistolam ad hebraeos esse Pauli et ab haereticis fuisse excisam quaestionem atque caepisse affirmari eam non esse Pauli.

p. Ms: amputaverat.

q. Mancha en el papel. Inegible.

220. In., lb., lib. 8. c. 24, 7: CCS 9/2 (en la traducción de Rufino), 571, 15-579, 11

221. Hieronymus, De viris illustribus, c. 5: PL 23, 647s Prologus ad Epistolas Pauli: ed. Weber, 2. 1748.

222. In., Commentarii in IV epistolas Paulinas, Ad Titum. PL 26, 589 B; 587 C.D.

In Concilio Ephesino, cap. 10²², citatur testimonium ex hac epistola dicendo: Divina Scriptura commemorat, etc. Quo fit ut epistola haec canonica sit. In Concilio Item Arausicano²³ citatur haec epistola tanquam Apostoli, et, ut patet, non alterius quam Pauli. Item in septima Synodu, quae est Concilium Nicenum II, actione 4²⁴, citatur testimonium ex hac epistola ad dogmata fidei.

Praeterea ex capite ultimo huius epistolae aperte patet autorem [f. 48r] esse Paulum, nam loquitur de se ut victo in Italia dicens²⁵: *quo celerius restituar vobis et salutant vos de Italia fratres*. Praeterea dicit se misisse Timotheum et addit²⁶: *Cum quo si celerius venerit videbo vos*. Haec autem nulli alteri conveniunt quam Paulo. Adde quod epistola Pauli cuius Petrus meminit secunda sua canonica, capite ultimo²⁷, non alia videtur esse ut multi contendunt quam ea quae est ad Hebraeos. Quare ex sententia Petri apostoli epistola ad Hebraeos Pauli apostoli est. Denique in Ecclesia plusquam a mille annis legitur sub titulo Pauli et in maximis solemnitatibus decantantur partes ipsius sub eodem titulo. Quis autem dicat Ecclesiam tanto tempore deceptam fuisse atque amplexatam incerta pro certis? Hieronymus ad Dardanum²⁸ affirmat omnes graecos constanter asseverare hanc epistolam esse Pauli. Quod si Summos Pontifices et Patres, qui ex ea tanquam canonica citarunt testimonia, connumerare vellem, nimis essem molestus.

De epistola Iacobi, Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum²⁹, et est prologus in eam, affirmat quod est una de septem canonicis et quod licet de ea fuerit dubitatum, tempore tamen praecedenti obtinuerit auctoritatem. Quo fit ut iam tempore Hieronymi absque controversia fuerit recepta tanquam canonica; id enim est obtinuisse auctoritatem. Dionysius Areopagi-

222. CONCILIUM EPHESSINUM, c. 10: Conciliorum Oecumenicorum Decreta, Bologna, 1973, p. 60.

233. CONCILIUM ARAUSICANUM II. *Conclusio a Caesario ep. Arvalensi retracta*: DS⁹⁵, 306.

234. CONCILIUM NICENUM II, act. 4, can. 1: COL 139, 10-21.

235. Heb 13, 19, 24.

236. Heb 13, 23.

237. 2 Pe 3, 15s.

238. Hieronymus, *Epistola 129 ad Dardanum*, 3, 7: «Illud nostris dicendum est, hanc epistolam, quae scribitur ad Hebraeos, non solum ab ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro ecclesiae graeci sermonis scriptoribus quasi Pauli apostoli suscipiis: CSEL 56, 169, 79.

239. Id., *De viris illustribus*, c. 2: PL 23, 639 B.

ta, Pauli discipulus, cap. 7 Ecclesiasticae Hierarchiae²⁴⁰, citat illud Iacobi 4²⁴¹: *petitis et non accipitis, eo quod male petatis*, sub nomine divini eloquit. Antiquissimus Anacletus, qui Clementi, Petri discipulo, successit in Pontificatu, epistola sua 1.^a²⁴² pluries citat testimonium huius epistolae dicens: ut ait Apostolus Iacobus. Quod plane tantum testimonium tam antiquum et vicinum Apostolis est, ut hoc unum solum sufficere deberet. Alexander I, epistola prima decretali²⁴³. Urbanus Papa in [I. 48v] epistola De communi vita²⁴⁴; Marcellus, in epistola ad episcopos Antiochenae Provinciae²⁴⁵; et innumeri alii citant testimonia ex hac epistola tanquam ex canonica. Quibus accedit antiquissimus usus Ecclesiae quo haec epistola sub titulo Iacobi apostoli proponitur et legitur populo christiano.

Secundam Petri canonicam B. Petri Apostoli fuisse testatur initium eiusdem epistolae. Ita enim incipit²⁴⁶: *Sicut Petrus servus et Apostolus Iesuchristi*. Item, capite 1.^o²⁴⁷ affirmat autor epistolae se fuisse unum e tribus qui interfuerunt transfigurationi Christi. Quare, cum non sit dicendum epistolam illam esse Ioannis aut Iacobi (quo dato adhuc esset liber canonicus) affirmandum est esse Petri. Accedit usus Ecclesiae quo eam proponit in solennitatibus sub nomine Petri. Ex hac epistola citat testimonium Clemens I, Petri discipulus, epistola prima ad Iacobum prope finem²⁴⁸; et citant alii.

Epistolam Iudae, a Iuda apostolo scriptam esse, testatur initium. Ita enim incipit²⁴⁹: *Iudas Iesuchristi servus, frater autem Iacobi*. Praeterea, Dionysius Areopagita, Pauli discipulus, 4.^o cap. De divinis nominibus²⁵⁰, citat illud testimonium huius epistolae:

r. Ms, tachudr: elusde.

240. PSEUDO-DIONYSIUS, *Ecclesiastica Hierarchia*, c. 7. PG 3, 583-590.
 241. Sant 4, 3.
 242. ANACLETUS, *Epistola I*: Mansi, 1, 606 B: 600 C.
 243. ALEXANDER I, *Epistola I*: Mansi, 1, 641 D: 642 A.
 244. URBANUS, *Epistola de communi vita*: Mansi, 1, 749 A.
 245. MARCELLUS, *Epistola ad episcopos Antiochenae Provinciae*: Mansi, 1, 1263 C-F: 1264 A.
 246. 2 Pe 1, 1.
 247. 2 Pe 1, 16ss.
 248. PSEUDOCLEMENS I, *Epistola ad Iacobum*. Mansi, 1, 10.
 249. Jds 1, 1.
 250. PSEUDO-DIONYSIUS, *De divinis nominibus*, c. 4: PG 3, 725.

Angelos vero qui non seruaerunt suum principatum, tanquam Scripturae sacrae, dicens: Ut eloquia aiunt diuina, scilicet quod Perionius²⁵¹ vertit «ut scripta diuina tradunt». Ex eadem epistola citat testimonium Anacletus, epistola prima decretali prope finem²⁵²; et citant alii. Atque Idem dicendum est de secunda et tertia Ioannis. Nec mirum est si ex his tribus epistolis, quae breuissimae sunt, non citentur plura testimonia. Hieronymus ad Paulinum²⁵³ has tres et epistolam Iacobi atque secundam Petri tanquam canonicas et ab his Apostolis conscriptas recipit, dicens: Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas septem epistolas ediderunt tam mysticas quam succinctas et breues pariter ac longas; breues [l. 49r] in verbis longas in sententiis, ut rarus sit qui non in earum caecutiatur lectione.

Denique Apocalypsim a B. Ioanne scriptam esse, affirmat Hieronymus in catalogo Scriptorum ecclesiasticorum²⁵⁴, et est prologus ante Evangelium Ioannis. Eamque affirmat interpretari tanquam Ioannis Irenaeum²⁵⁵ et Iustinum martyrem²⁵⁶. In epistola etiam ad Dardanum²⁵⁷ et in epistola ad Paulinum²⁵⁸ affirmat esse Ioannis apostoli. Epiphanius, Haeresi 51²⁵⁹, quae fuit Allagorum, tanquam haereticus refellit eos qui negant vel Evangelium Ioannis vel Apocalypsim esse scripturam sacram. Origenes, ut Eusebius refert 6.^º libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 25²⁶⁰, Apocalypsim Ioannis apostoli esse affirmat. Idem affirmat Eusebius in Chronicis²⁶¹. Irenaeus, 4.^º libro Adversus Haereses²⁶²; Chrysostu-

8. Al margen repito breues, que en la página anterior escribto bajo la última linea.

251. Perionius. Se trata, sin duda, de Joaquín Périon, O. S. B., que hizo una nueva traducción del pseudoarceopagita que fue la más difundida en la segunda mitad del siglo XVI, con numerosas impresiones y reimpresiones.

252. ANACLETUS I, Epistola 1. Mansi, 1, 806 C-D.

253. HIERONYMUS, Epistola 53 ad Paulinum, 8, 5: CSEL 54, 463, 6-9.

254. Id. De cleri instrutionibus, c. 9: PL 23, 635 B.

255. IRENAEUS, Adversus Haereses, lib. 1, c. 23: ed. Harvey, 1, 214.

256. IUSTINUS, Dialogus cum Tryphone hebraeo, 81: PG 8, 670 A.

257. HIERONYMUS, Epistola 129, ad Dardanum, 3, 8: CSEL 56, 169, 13-18.

258. Id., Epistola 53, ad Paulinum, 8, 6: CSEL 54, 463, 9a.

259. EPIPHANIUS, Adversus Haereses, lib. 2, t. 1, Haeresis 51, 3: PG 41, 892; GCS 31, 250-24-26.

260. EUSEBIUS, Ecclesiastica Historia, lib. 6, c. 25, 9: GCS 9/2, 578, 6.

261. Id., Chronicon (Hieronymus): GCS 34, 192, 2-4.

262. IRENAEUS, Adversus Haereses, lib. 4, c. 25, 2; 30, 1; 31, 5; 34, 11; 35, 3: ed. Harvey, 2, 185, 200; 210; 222; 226.

mus²⁶³; et plures alii. Tertullianus, 4.^o libro *Adversus Marcionem*²⁶⁴ affirmat ordinem episcoporum ab Apostolis succedentium, hunc librum Ioanni evangelistae tribuere. Dionysius Areopagita 3.^o capite *Ecclesiasticae Hierarchiae*²⁶⁵, eundem librum Ioanni apostolo tribuere videtur, dicens arcanam mysticam visionem esse discipuli dilecti Iesu, id est Ioannis; atque ex eodem libro saepe sumit sententias in suis operibus; et inter alias, 2.^o capite *De divinis nominibus*, in principio²⁶⁶, illam *Apocalypsis 1.^a 27.* *Qui est, qui erat et qui venturus est omnipotens*. Dionysius alexandrinus, apud Eusebium, 7.^o libro *Ecclesiasticae Historiae*, cap. 25²⁶⁷, licet dubitet an sit Ioannis apostoli, per Dei tamen spiritum affirmat esse scriptam. Et libro 2.^o *Pedagogorum*, cap. 25²⁶⁸, contumnerat eam inter scripturas sacras. Denique, praeter usum Ecclesiae quo a tot annis nomine Ioannis apostoli legitur, in Concilio Toletano 4.^o, cap. 16²⁶⁹, ita definitur: «Apocalypsim [i. 49^v] librum multorum Conciliorum auctoritas et synodica sanctorum Romanorum Praesulum decreta divi Ioannis evangelistae esse praescribunt et inter divinos libros recipiendam constituerunt et si quis eam non receperit excommunicationis sententiam habebit».

Quinta pars in qua respondetur argumentis partis secundae

Ad primum ergo argumentum propositum parte secunda, dicendum est omnes illos Patres librum Baruch comprehendisse sub Ieremia tanquam partem ipsius, ut dictum atque ostensum est. Ad confirmationem dicendum est Hieronymum sequutum Josephum et hebraeos sui temporis fuisse illius sententiae, oppositum vero definitum est postea ab Ecclesia catholica. Ad secundum similiter dicendum est Hieronymum illis in locis, sequutum hebraeos sui temporis, fuisse illius sententiae. Illud vero quod ex

263. PseudoCHRYSOSTOMUS, *Sermo de S. Ioanne theologo*: PG 50, 810.

264. TERTULLIANUS, *Adversus Marcionem*, lib. 4, 5, 2: CChr 1, 551, 19-21.

265. PSEUDO-DIONYSIUS, *Ecclesiastica Hierarchia*, c. 3: PG 3, 457.

266. *Id.*, *De divinis nominibus*, c. 2: PG 3, 637.

267. Ap 1, 8.

268. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 7, c. 25, l. 27: GCS 9/2 490, 9 100, 13.

269. CLEMENS ALEXANDRINUS, *Praedagogorum*, lib. 1, 14, 5 [1, 5]: SChr 70, 136.

270. CONCILIUM TOLETANUM IV, can. 17: ed. Tejada, 2, 277. Ed. Brunus, 228. El texto aducido por Molina está algo resumido.

cap. Sancta Romana Ecclesia ex Gelasio adducitur²⁷¹, non est intelligendum quod attinet ad canonem sacrorum librorum, sed quod attinet ad autores quos Hieronymus zelo fidel et religionis reprehendit, ut patet intuenti caput illud. Quare, inepte et periculose Caietanus in fine Esther²⁷² voluit D. Hieronymum esse regulam in discernendis libris canonicis, cum regula non sit nisi universalis Ecclesia atque Summus Pontifex, ut explicatum est. Non ergo Concilia et definitiones Pontificum regulare debuit, ut ibi fecit, per sententiam Hieronymi, sed sententiam Hieronymi examinare debuit iuxta Concilia et decreta Pontificum. Ad primam confirmationem, responsum est in superioribus. Circa secundam adverte quod eundem canonem possumus obicere adversus eos qui vel librum Machabaeorum vel secundam Petri vel secundam et tertiam Joannis vel epistolam Iacobi aut Iudae reiciunt a numero canonicorum librorum. Hi enim omnes libri in illo canone inter sacros [f. 50r] et canonicus computantur. Quare si quis adversariorum autoritatem huius canonis recitat, ne confiteatur aliquem ex praedictis esse canonicum, non est quod nobis canonem illum obiciat, maxime cum apertius contra ipsum quam contra nos pugnet. Quod si canon ille tanquam irrefragabilis autoritatis admittendus sit, dicendum est Clementem, qui canones illos dispersos in unum volumen congregasse dicitur, non omnes libros canonicos quos Apostoli verbo tenus tradiderunt Ecclesiae numerasse in eo canone, ut patet, quia ipsemet Clemens ex libris qui ibi non numerantur, testimonia citavit. Praeterea, supra dictum est hanc consequentiam nullam esse: In tali decreto non numeratur hic aut ille liber inter canonicos, ubi tamen sermo est de libris canonicis; ergo canonicus non est. Dixi «si canon ille tanquam irrefragabilis autoritatis admittendus sit», quia licet iuxta definitionem sextae Synodi admittendi videantur 85 canones Apostolorum irrefragabilis autoritatis (de quo tamen quidam dubitant, idque inferius est examinandum), attamen conjecturae sunt 84 Apostolorum canones qui habentur primo tomo Conciliorum non omnes esse incorruptos: primo, quia in sexta Synodo recipiuntur 85 et illi sunt solum 84. Ad hoc tamen quidam respondent quod in aliquo horum 84 conluncti sunt duo ex illis 85, et ita

t. Ms: supradictu.

271. *Corpus Iuris Canonici, Decretum Gratiani*, c. 9, D. XV: ed. Friedberg, 1, 3641.

272. Véase la nota 175.

sunt illi iidem canones. 2.^o, quia admissio non omnes esse incorruptos, conciliantur variae sententiae gravissimorum virorum, quae a Gratiano citantur 16 d.³³. Ut enim ibi habetur cap. Canones²⁷³, Isidorus connumeravit ea inter apocrypha dicens, quod licet in eis utilia inventiantur neque fides apostolica illos recipit, neque sancti Patres illis assensum praeberunt, eo quod ab haereticis nomine [f. 50v] Apostolorum²⁷⁴ compositi dignoscantur. Et Zopherinus, ibidem, cap. Sexaginta²⁷⁵, solum recipit 60 canones Apostolorum; et Leo IX, ibidem, cap. Clementis²⁷⁶, solum recipit quinquaginta. Quod si aliquis illorum 84 qui habentur primo tomo Conciliarum, est corruptus neque recipiendus tanquam irrefragabilis autoritatis, certe id affirmandum est de canone illo 84.^o Primo, quia inter libros canonicos connumerat tertium librum Machabaeorum. Ecclesia vero in suis definitionibus postea solum duos recepit, et non tertium, qui habetur in Bibliis Complutensibus. Quidam dicunt libros duos quos modo recipit Ecclesia quondam divisos fuisse in tres. Attamen si canon ille tantae autoritatis fuisset in Ecclesia, certe Patres suam definitionem hac in parte conciliassent cum illo. 2.^o, quia inter libros canonicos connumerat duas epistolas Clementis, quas ut tales non recepit Ecclesia. 3.^o, quia non connumerat Apocalypsim, connumerat vero Evangelium Iuannis; et tamen communis est sententia ac multi dicunt prius Ioannem Apocalypsim scripsisse quam Evangelium. Praeterea quando Ioannes scripsit Evangelium, paucissimi aut nulli supererant Apostolorum qui illum canonem ederent; et si qui supererant forte post Evangelium Iuannis scriptum semper fuerunt divisi. Nisi quis dicat in illis canonibus connumerari etiam quae singuli Apostolorum statuerunt. Ad tertiam confirmationem dicendum est omnes illos fuisse illarum opinionum, neque esse assecutos veram traditionem Apostolorum quam postea Ecclesia examinavit et iuxta quam definiit libros canonicos; forte occasio non inveniendi omnes libros canonicos illis fuit, inquirere libros canonicos Veteris Testamenti ex fama Hebraeorum qui fuerunt post adventum Christi, illud vero advertam: plures existimare

L. Ms. repite ab haereticis.

273. CORPUS IURIS CANONICI, I, 1-4, D. XVI. ed. Friedberg, 1, 41s.

274. *Id.*, c. 1, D. XVI. ed. Friedberg, 1, 41.

275. CORPUS IURIS CANONICI, Decretum Gratiani, c. 2, D. XVI. ed. Friedberg, 1, 42.

276. *Id.*, *ib.*, c. 3, D. XVI. ed. Friedberg, 1, 42.

expositionem illam [f. 51r] Symboli²⁷⁷, non esse Cypriani, sed Rufini; Cyprianumque plures canonicos libros recipere. Nam in epistola ad Rogatianum²⁷⁸ citat Ecclesiasticum; et in libro De habitu virginum²⁷⁹ citat Sapientiam ut librum canonicum. Ad quartum dicendum est imprimis, quod licet illa illos solum habuerit ut canonicos, non tamen negavit alios esse canonicos et assistentia Spiritus Sancti conscriptos; quin potius eos semper venerata est ut hagiographa, dubitans an essent assistentia Spiritus Sancti conscripti. Christus autem aut Apostoli docuerunt esse assistentia Spiritus Sancti conscriptos. Dicendum est deinde quod forte in Synagoga quae fuit ante adventum Christi habiti sunt tanquam canonici, postea vero Iudaei qui fuerunt post adventum Christi coeperunt dubitare de eorum autoritate neque eos prorsus reiecerunt tanquam apocryphos, sed solum dubitaverunt de canonica eorum autoritate; quod modus loquendi quem ex Iosepho refert Eusebius, loco citato, satis indicat. Et adverte plures ex Iudaeis eos etiam habuisse tanquam canonicos. De qua re vide Cocleum in libello De Canonica Scriptura²⁸⁰. Quare de eis solum est addubitatum inter Iudaeos perinde atque inter christianos dubitatum fuit a quibusdam ab epistola Iacobi aut ad Hebraeos essent canonicae; quod non impedit quod liber aliquis sit in se canonicus et assistentia Spiritus Sancti scriptus.

Ad tertium argumentum, negandum est Augustino non fuisse certum Ecclesiasticum esse librum canonicum, ut ex pluribus aliis locis ipsius patet. Eo autem loco solum refert quosdam affirmare non fuisse verum Samuelem, qui Sauli apparuit, cuius contrarium affirmari videtur Ecclesiasticus 46²⁸¹. Et ad locum Ecclesiastici eos respondere illum librum non esse [f. 51v] canonicum. Quibus obiit Augustinus quod esto contradicant Ecclesiastico propterea quod hebraei eum librum in suo canone non recipiant; negare tamen non possunt aliquem ex mortuis vivis apparuisse, cum Moyses qui in Deuteronomio narratur mortuus, narretur cum Helia in Evangelio apparuisse in transfiguratione Christi. Quare

277. RUFINUS, *Expositio Symboli*. Effectivamente; aunque Erasmo en 1535 y Manutius en 1563 la publicaron entre las obras de San Cipriano, hoy día se da por cierta como de Rufino. (Cfr. OChr 20, 121-130)

278. CYPRIANUS, *Epistola ad Rogatianum*, 2. CSEL 3/2, 470, 18-20.

279. *Id.*, *De habitu virginum*, c. 10. CSEL 3/1, 194, 19-24.

280. IOANNES COCLEUS, *De canonica scriptura*.

281. Eclm 46, 23.

ex eo loco non colligitur Augustinum, sed alios dubitasse de autoritate Ecclesiastici. Divus Thomas autem in illa responsione ad 2 solum intendit referre quod Augustinus retulit alios dixisse, quamvis, ut verum fatear, plus videatur D. Thomas in ea responsione admittere posse dici Ecclesiasticum non esse librum canonicum quam colligatur Augustinum id admisisse.

Ad quartum dicendum est, Gelasium ibi utrumque Machabaeorum librum appellasse unum, sicut et primum et secundum Esdrae appellavit librum unum; quod non solum ipse sed et Hieronymus et Isidorus fecerunt, sequuti morem hebraeorum, qui ut Origenes, apud Eusebium 8 Ecclesiasticae Historiae, cap. 25^m ait, ex primo et secundo Esdrae unum librum faciunt. De caeteris qui in argumento citantur, dicendum est dubitasse eos quidem de eorum autoritate; id tamen non impedire quominus sint canonici. Ad id vero quod adicitur de venia quam autor precatur, dicendum est nihil impedire quod Spiritus Sanctus scripturi assistat quin in quibusdam humano more et modestia loquatur. Ita enim Paulus ait: *Etsi impeditus sermone non tamen scientia*²⁸³. Et rursus: *Ut minus sapiens dico, plus ego*²⁸⁴. Et: *Donate mihi hanc iniuriam*²⁸⁵.

Sexta Pars in qua respondetur argumentis tertiae partis

Ad primum argumentum partis tertiae propositum, dicendum est quod licet Caius et quidam romani atque Hieronymus aliquando (nam locis supra citatis ipse et Origenes affirmaverunt) dubitaverint an epistola ad Hebraeos fuerit Pauli, communis tamen sententia affirmavit [f. 52r] oppositum et Ecclesia definiit eam esse librum canonicum, tribuens eam Paulo. Quare haereticum esset modo negare eam esse canonicam et temerarium atque erroneum negare esse Pauli apostoli.

Ad secundum, concedendum est eam scriptam esse a Paulo hebraeo sermone, et a Luca translata esse in graecum, ut Dio-

283. EUSEBIUS, *Ecclesiasticae Historiae*, lib. 8, c. 25, 2: CCS 9/2, 574, 6.

284. 2 Cor 11, 6.

285. 2 Cor 11, 23.

286. 2 Cor 12, 13.

nysius Alexandrinus affirmavit; aut a Ciente, ut alii volunt. Et ad primum in oppositum dicendum est interpretem iure suo potuisse addere interpretationem illam, esse non esset in hebraeo. Quare ex interpretatione quae in textibus graecis et latinis habetur, non recte colligitur hanc epistolam non esse scriptam a Paulo hebraice. sicut ex similibus interpretationibus quae habentur in Evangelio secundum Matthaeum non recte colligit Caietanus ²⁸⁶ (cuius est hoc argumentum) Evangelium Matthaei non fuisse scriptum a Mattheo hebraice, sed graece, discedens a communi doctorum sententia tenuissimo innixus argumento. Si namque argumentum illud alliculus esset momenti, eodem plano probaretur neque Genesim neque Exodum scriptos fuisse hebraice a Moyse. Nam Genesi 35^m habetur: *Vacavit eum Benoni, id est, filius doloris mei; pater vero appellabit eum Benjamin, id est, filius dextrae*. Et Exodo 12^m: *Est enim Phase, id est, transitus Domini*. Fas itaque est interpretari quando expedit, relinquendo verba hebraea, quia nomina sunt propria vel propter aliam rationem (ut interpres Matthaei merito reliquit illa²⁸⁷: Heli, heli ut intelligeretur unde molli fuerint gentiles qui adorant et ignorabant linguam hebraeam; ad credendum Christum, dum Deum suum nominabat, vocare Heliam) adiungere eorum interpretationem quando conducit ad pleniorum intellectum. Iuxta hoc ergo dicendum est verba illa ad Hebraeos 7^m: *Primum quidem quod interpretatur Rex Iustitiae; deinde autem et Rex Salem, quod est* [f. 52v], *Rex pacis*, esse verba interpretis epistolae et non Pauli. Additam vero esse interpretationem illam nominum «Melchisedech et Rex Salem» quae praemiserat Paulus. Expediebat autem addere huiusmodi interpretationem ut ignari linguae hebraeae intelligerent iuxta interpretationem illorum nominum in quibus Melchisedech figuram et similitudinem gereret Christi quod ibi intendebat Paulus, ut patet in contextu. Cum autem interpres fuerit vel Lucas vel Clemens et epistola credatur in graecum

7. Asi en el ms. La Vulgata trae qui

286. CAIETANUS, *In Novum Testamentum iuxta sensum litteralem, Commentarii, In Evangelium secundum Matthaeum* [Praefatio]: ed. Lyon, 1639, t. 4, p. 1.

287. Gn 35, 18.

288. Ex 12, 11.

289. Mt 27, 46.

290. Heb 7, 2.

translata vivente Paulo et consentiente, verba illa esto formaliter non essent Pauli, maximae sunt autoritatis. Potest deinde dici non esse inconveniens si aliquis in eadem lingua interpretatur aliquid magis obscurum per aliquid magis clarum; atque ita interpretationem illam esse Pauli et non interpretis. Non enim incongrue latine qui praemisisset «armiger» subiungere posset: quod interpretatur «gerens arma», interpretans nomen compositae figurae per verba clariora; atque ita forte Melchisedech componitur in hebraeo, exponique potest per verba clariora, id est Rex iustitiae, et Salem videtur nomen urbis dictae a pace. Atque ita nominando regem illius urbis exponi in eadem lingua id est Rex pacis, quod fecit Paulus. Sed hoc relinquamus peritis in lingua hebraea. Ad secundum dicendum est, Paulum testimonia illa citasse ut erant in hebraeo; at interpretem transtulisse illa in graecam linguam ut transtulerunt LXX. Quae translatio recepta erat apud graecos. Quod si aliter ea transtulisset, perturbaret graecos, quia assueti erant illi versioni (quae causa etiam fuit, praeter autoritatem LXX Interpretum, ut testimonia alia quae Paulus citat in aliis epistolis quas graece conscripsit, citet iuxta versionem LXX, quae inter graecos communis erat). Ad tertium, non desunt qui affir[f. 53r]ment usque ad hodiernum diem, extare epistolam ad Hebraeos et Evangelium Matthaei graece constricta, ut Canus refert²⁹¹. At cum talis translatio epistolae ad Hebraeos graeca maneat, nimirum per Lucam aut Clementem facta, non est mirum si homines non fuissent multum solliciti in conservanda in lingua hebraea tam parva parte Novi Testamenti, cum fere reliquum eiusdem Testamenti graece fuerit conscriptum.

Ad tertium principale dicendum est, Paulum ibi non agere cum Iudaeis non conversis, sed cum christianis. Quare ad ostendendam consonantiam Novi et Veteris Testamenti, non est multum si inter plura testimonia quae in sensu literaliter affirmant Christum esse Filium Dei, citet etiam unum in sensu spirituali. Iam enim 1 p., q. 1, a. 10²⁹² ostendimus nullum esse inconveniens in Novo Testamento citari aliqua testimonia ex Veteri in sensu spirituali ad ostendendam consonantiam Novi ad Vetus Testa-

291. CANUS, *De locis*, lib. 2, c. 9: ed. Serry c., p. 103.

292. MOLINA, LUIS PP., S. I., *Commentaria in Primam divi Thomae Partem*, q. 1, a. 10, disp. 1, 4 et 5, Venetia, 1594, p. 32, 35-38.

mentum; et quod ea quae continentur in Novo fuerunt significata in Veteri. Vide quae ibi diximus. Quidam contendunt locum illum in sensu litterali intelligendum etiam esse de Christo. Vide Canonum, 2 De locis, cap. 9²⁰², et Caietanum, in tractatu de Scriptis Canonicis²⁰³.

Ad quartum dici posset Paulum ibi²⁰⁴ loqui de salute quae per doctrinam evangelicam venit mundo. Salus autem haec in Paulo ab iis qui audierunt, confirmata est. Qui quidem per Ananiam baptizatus est, et visum recepit²⁰⁵. Dicendum est deinde loqui de doctrina evangelica et dicere quod cepisset enarrari per Dominum ab his qui audierunt in nos, hoc est in Ecclesiam quae constat ex nobis, confirmata est contestante Deo signis, etc. Ut vero id verificetur non necesse est ut confirmata sit per eos qui audierunt in omnia membra Ecclesiae. Quare ut id iure dicatur, non necesse est [f. 53v] quod Paulus doctrinam evangelicam acceperit ab his qui audierunt illam a Christo, se solo scilicet adiuvante. Adverte etiam quod licet non quaevis promissio et pactum nomen mereatur testamenti, illa tamen promissio ac illud pactum quo devolvitur haereditas tanquam filis adoptionis, maxime ubi ad consecutionem haereditatis promissae sub pacto et conditione requiritur ut intercedat mors testatoris, meretur nomen testamenti, ut disputatione praecedenti visum est. Atque hinc est quod promissio et pactum Dei cum hominibus circa haereditatem aeternam consequendam legis novae quae vetus et foedus et testamentum dicatur, et quod arca quae olim huiusmodi foedus et legem continebat, arca foederis et arca testamenti diceretur. Adverte deinde quod quoties in Veteri Testamento fit mentio huius pacti ac foederis, hebraice habetur vocabulum *berit*^x, de quo contentio est an significet tantum foedus et pactum, an vero significet etiam testamentum. Et quidem Iudaei qui sunt post adventum Christi contendunt significare solum foedus atque pactum; et cum illis consentit aliquando Hieronymus. At in contrarium est quod LXX Interpretes, viri hebraei qui per multos annos ante adventum Christi transtulerunt Vetus Testamentum, ubi in hebraeo ponitur

x. En el ms. siempre que aparece esta palabra, se lee: *berit*. Debe ser una mala transcripción del copista. Y es constante en este error. En transcripción latina, la palabra más parecida sería *ednit*; pero ni concuerda con el texto o los textos aducidos ni es lo que pretende decir Molina. Hoy suele transcribirse *berit*.

En algunos pasajes citados, como Dt 9,5, no pone el texto hebreo *berit*, sino *taber*.

berit, transtulerunt testamentum graece. Atque ita vertit frequentissime editio vulgata, ut Ex 30²⁷, Ps 24²⁸, Zach 9²⁹ et alibi saepe. Facit etiam quod (ut Leo Castus³⁰⁰, vir peritus linguarum, super illud Esaiæ 55³¹ refert: *Et ponam vobis testamentum æternum*) Philo Iudæus, in libro quem scripsit de his quæ obtulerunt Cain et Abel³⁰¹, berit, vertit testamentum. Et quod plus est: facit quod Paulus apostolus peritior in lingua hebraea quam fuerint iudæi omnes qui fuerunt post extinctam linguam hebraeam, in epistola ad Romanos³⁰², quam graece scripsit, et alibi saepe, ita etiam fecit. Quod et fecerunt evangelistæ. Quare receptissimum est non solum inter doctores christianos, sed etiam in litteris sacris Novi Testamenti foedus et pactum novæ [f. 54r] atque antiquæ Legis appellare novum ac vetus testamentum. Propter has ergo atque alias rationes, affirmandum est vocabulum berit utrumque significare: et foedus seu pactum et testamentum; atque utroque modo posse verti, maximæ cum rei significatæ utriusque conveniat et esse foedus et testamentum, ut explicatum est, videturque tempore Pauli fuisse receptissimum. Ad argumentum ergo, posset quis primo dicere Paulum qui hebraice epistolam ad Hebræos scripsit, usum fuisse vocabulo Berit; interpretem vero tam graecum quam latinum, iuxta morem LXX Interpretum transludisse testamentum, licet editio Vulgata Ex 24³⁰³ transtulerit foedus et Jer 11³⁰⁴ transtulerit foedus et pactum. Quæ omnes versiones optimæ sunt transferuntque id quod rei de qua est sermo quadrat et patitur littera hebraea, quandoquidem verbum Berit utrumque significat. Dicendum est deinde quod licet testamentum ab aliis pactis et promissionibus

293. CASSO, De locis, lib. 2, c. 9: ed. Serry c, p. 102, § Ad tertiam rationem ..

294. CAYEZANO, De viâ sacrarum scripturarum ab Ecclesiâ: Opuscula omnia, Ambræs, 1567, tr. 30, p. 123s.

295. Heb 2, 3.

296. Cfr. Heb 8, 18.

297. Ex 30, 26.

298. Sal 24, 10. 14.

299. Zac 9, 11.

300. CASTUS, LEON. Commentaria in Esaiam prophetam, in c. 55, Solimaniæ, 1570, p. 343s.

301. Is 55, 3.

302. PHILO, ALEXANDRINUS, De sacrificiis Abelis et Caini, 57: ed. Cohn-Wendland, Berlin, 1896-1916, vol. 1, 225, 7.

303. Véase, por ejemplo, Rom 8, 4.

304. Ex 24, 7. 8.

305. Jer 11, 2. 3. 10.

distinguatur, non tamen distinguitur ab eo pacto et promissione qua devolvitur haereditas ad filios adoptivos Dei, ut dictum est. Quare testamentum de quo loquitur Paulus non distinguitur a pacto de quo est sermo Ex 24 et Jer 11, sed coincidunt in eadem rem; atque inde licitum fuit citare ea loca ubi de eadem re erat sermo. Dicendum est praeterea quod esto admitteremus vocabulum *Berit* non significare pactum illud ea ex parte qua habet rationem testamenti, sed ea praecise ratione qua habet rationem foederis et pacti. Nihilominus Paulus videns rei significate utrumque convenire et nomen scilicet foederis et testamenti, utroque nomine indifferenter potuit uti ad eandem rem significandam, citans loca ubi de eadem re erat sermo, licet non sub eodem nomine. aperiensque suo magifico spiritu divinitus illustrato rei III, rationem etiam et nomen testamenti convenire morte et sanguine testatoris firmandum, quod in veteri illo foedere Ex 24 [l. 54v] fuit figuratum. Illud hic advertam quod quando Innocentius III, cap. Cum Marthae, De celebratione Missarum³³⁶, inquit testamentum significare promissionem, intelligit non quamcumque, sed eam qua devolvitur haereditas, significareque eam non quatenus promissio praecise est, sed quatenus est talis promissio qua devolvitur haereditas: quo pacto rationem habet et nomen meretur testamenti. Illud etiam advertam ne id dissimulare videar, vocabulum graecum, *diathici*, quo utuntur LXX Interpretes dum transferunt vocabulum *berit*, et quo Paulus et Evangelistae utuntur, significare indifferenter testamentum, pactum et promissionem ut Budaeus³³⁷ ex antiquissimis autoribus affirmat. Quare nisi obstaret editio vulgata quae toties in Novo et Veteri Testamento, ubi hebraice habetur *Berit* et graece *diathici* transfert testamentum, et nisi Paulus ad Hebraeos 9³³⁸ aperte loqueretur de testamento in ea significatione in qua controversatur et quae significatur vocabulo *berit*, ad versionem LXX Interpretum et ad id quod adducitur ex Philone atque ad reliquas auctoritates Pauli et Evangelistarum in Novo Testamento, dici posset in omnibus sumi vocabulum *diathicim* in ea significatione quae significat foedus aut promissionem, non vero in ea quae significat testamentum. Hieronymus tamen affirmare videtur LXX ver-

336 CORPUS IURIS CANONICI, Decretum Gratiani, c. 6, X, De celebratione Missarum, III, 41. ed. Friedberg, 2, 637a.

337 Budé Guillelmo (?)

308. Heb 9, 15-17, 20.

tisse diathicim in ea significatione quae significat testamentum; et Hieronymus ipse in editione vulgata transtulit testamentum. Inferius namque ostendemus editionem vulgatam Veteris Testamenti Hieronymi esse. Quare procul dubio tenendum est vocabulum berit, hebraice significare etiam testamentum.

Ad sextum dicendum est, conciliari posse has duas scripturas canonicas, si dicamus intra arcam fuisse tantum tabulas legis, ut scriptura 3 Reg 8³⁰⁰ affirmat; at vero extra, in ipsamet arca, pendentes etiam fuisse virgam [f. 55r] Aaron et urnam Manna; atque hoc esse quod affirmavit Paulus. Possumus secundo dicere, quod licet tempore Salomonis intra arcam fuerint tantum tabulae legis, postea tamen ut melius urna Manna ac virga Aaron asservarentur collocatas fuisse intra arcam a sacerdotibus; quod Paulum, qui a Gamaliele fuerat edoctus versatusque erat in traditionibus iudaeorum, minime latebat; nos vero modum latet. Atque haec posterior responsio est Theophylacti, super cap. 9 epistolae ad Hebraeos³¹¹. Qui etiam affirmat usque ad suum tempus ei traditioni assentire sectam iudaeorum. Eadem responsio videtur etiam fuisse Chrysostomi, homilia 18³¹¹.

Ad septimum dicendum est, quod licet illi dubitaverint, ostensum tamen est eam esse canonicam, neque aequum est ut propterea quod illi dubitaverint nos quoque dubitemus, postquam res definita et constituta est in Ecclesia. Nisi quis etiam velit modo dubitare an Dominus resurrexerit, motus ex eo quod Thomas ea de re quondam dubitaverit.

Idem respondendum est ad octavum argumentum et nonum.

Ad id vero quod in octavo de vario stylo dicitur, respondendum est tenuissimum esse argumentum ex diversitate styli ad affirmandum opera aliqua non esse eiusdem auctoris, cum variis de causis contingat eundem hominem variare stylum. Atque ut

7. Ms: 3 Reg 7.

300) 1 Reg 8, 9.

310. THEOPHYLACTUS. *Expositio in epistolam ad Hebraeos*, c. 9, 5: PG 125. 297 C-D.

311. CHRYSOSTOMUS, *Homilia 15 in Epistolam ad Hebraeos*, c. 9, v. 1, n. 1: PG 63, 117. En ella dice el Crisóstomo que se pusieron en el Arca «por orden del legislador». No sabemos si se referirá Molina a éste u otro texto del Crisóstomo o pseudoCrisóstomo.

alios omittamus etiam nostrae tempestatis quos ex facie novimus et styli in suis operibus mutaverunt, certe tamen distat stylus epistolarum B. Gregorii ab stylo Moralium, ut si ex varietate styli esset iudicandum non crederentur esse opera eiusdem auctoris. Hieronymus, ad Edibiam, q. 11³², ita inquit: «duae epistolae quae feruntur Petri, stylo inter se et caractere discrepant structuraque verborum; ex quo intelligimus Petrum pro necessitate rerum diversis fuisse usum interpretibus». Hactenus Hieronymus. Ubi vides ex diversitate styli non colligere diversitatem auctorum, sed interpretum.

Ad decimum dicendum est. librum Enoch, ut Augustinus, lib. 15 De Civitate Dei [i. 55v] cap. 23³³ affirmat, factum esse apocryphum ex eo quod mixta sunt ei multa falsa. Iudas autem suo spiritu atque assistentia Spiritus Sancti sciebat distinguere inter ea quae in eo erant Enoch et inter ea quae non erant; ac proinde ex eo quod citat tale testimonium non licet colligere epistolam quae inscribitur ipsius non esse ipsius auctoris nec canonicam.

Ad 11 dicendum est sicut ad 7 et 8, quod licet illi ita loquuti fuerint, contrarium tamen definitum est ab Ecclesia. Ad illud vero quod dicitur de stylo. In responsione ad 6 responsum est. Ad illud quod consuetudo Ioannis in Evangelio est suppressere suum nomen, licet tenuissimum sit argumentum, dicendum est quod cum ibi historiam texeret de Christo concedens erat ut ibi suum nomen supprimeret sicut et caeteri Evangelistae fecerunt. Hic vero cum propriam narraret revelationem, res ipsa postulabat ut seipsum nominaret. At cum in principio suae revelationis dicat se esse illum qui testimonium perhibuit Verbo Dei, manifestum indicium est esse Ioannem Apostolum qui de Verbo Dei tam expresse loquutus est. Obicit etiam Erasmus³⁴ quod in codicibus graecis titulus est Ioannis Theologi et non Ioannis Apostoli. Licet autem dici posset parum esse curandum de aliquibus codicibus graecis qui ita habeant, dicendum est tamen Ioannem Apostolum Theologum a graecis per antonomasiam fuisse appellatum, prop-

32. HIERONYMUS, *Epistola 120 ad Hedybiam de questionibus duodecim*, q. 11: CSEL 86, 508, 1-4.

33. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 15, c. 23: CChr 48, 491, 107-124, Cfr. 2b. XVIII 28: p. 633.

34. DESIDERIUS ERASMUS ROTTERDAMUS, *Declarationes ad Censuras Facultatis Theologiae Parisiensis: Opera Omnia*, Lyon, 1705, t. 8, 867s.

terea quod de Verbo divino in suo Evangelio tam alte fuerit loquutus. Ita enim eum appellant Dionysius Areopagita³¹⁵, Origenes³¹⁶, Chrysostomus³¹⁷ et Gregorius praesbiter, in vita Gregorii Niceni³¹⁸. Et Titelmannus libellum composuit in quo late et docte disputavit contra Erasinum, atque ostendit hunc librum canonicum atque Ioannis Apostoli esse³¹⁹.

**Utum omnes partes librorum quos ostensura
est esse canonicos, canonicae sint.**

Disputatio octava

[56r] Ioannes Driedonius, De Ecclesiasticis Scripturis et dogmatibus. libro 1, capite ultimo, paragrapho ultimo, in solutione tertiae et undecimae difficultatis³²⁰, et Covarruvias, qui cum sequitur. 4 libro Variarum Resolutionum cap. 4. n. 8³²¹ affirmant Canticum trium puerorum qui habetur Daniel 3³²² et historiam Susannae, quae habetur cap. 13³²³ et reliquum libri de idolo Bel et historia draconum et lacu leonum³²⁴ non esse partes Scripturae canonicas, legi tamen utiliter in Ecclesia ad aedificationem fidellum, quia non carent prorsus auctoritate. Moventur vero, quia, ut Hieronymus refert in prologo in Danielem³²⁵ hae partes non

315. PSEUDODIONYSIUS AREOPAGITA, *Epistola 10, Iovani Theologo, Apostolo et Evangelistae* [Existe esta abusión en el título y casi al final de la breve carta]: PG 3, 1117-1120.

316. ORIGENES No hemos podido encontrar un pasaje concreto en el que llame al Evangelista Juan, el Teólogo.

317. PSEUDOCHRYSOSTOMUS, *Homilia in Psalmum 103, 1*: PG 55, 646 (647); In Psalmum 84: *ib.*, 739; In Psalmum 88, 4: *ib.*, 751.

318. GREGORIUS PRAESBYTER, *Vita Gregorii Nissenf.* No hemos podido compilar esta cita, ni hemos encontrado ninguna vida de San Gregorio Niseno escrita por un Gregorius.

319. TITELMANNUS, *Libri duo de auctoritate libri Apocalypsis Beati Iovannis Apostoli, in quibus ex antiquissimorum auctorum assertionibus, scripturae huius dignitas et auctoritas comprobatur...*, Amberae, 1530, a. f.

320. DRIEDON, JUAN, *De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus libri quatuor*, lib. 1, cap. ult. ad 3 et 11: Opera Omnia, Lovaina, 1556, t. 1, f. 18v; 22r.

321. COVARRUVIAS A LEIVA, DIEGO, *Variarum ex ture Pontificio, Regio et Caesarea Resolutionum*, lib. 4, c. 14, n. 8: Opera Omnia, Ginebra, 1762, t. 2, p. 425 b.

322. Dn 3, 52-60.

323. Dn 13, 1-54.

324. Dn 14.

325. HIERONYMUS, *Prologus in Danielem*: Biblia Sacra iuxta Vulgatam versionem, Stuttgart (Württembergische Bibelanstalt) [1969], t. 2. 1391. [Esta edición la citamos, abreviadamente, por ed. Weber].

habentur in hebraeo, sed ex Theodotionis editione translatae atque desumptae sunt. Hieronymus praeterea, in prologo illo, historias Belis et draconis fabulas appellat parumque auctoritatis tribuere videtur historiae Susannae atque de eiusdem historiae auctoritate dubitavit³²⁸. Africanus, in epistola ad Originem, ut Eusebius refert libro 6 Historiae Ecclesiasticae, cap. 31³²⁹; Caletanus³³⁰ etiam super illa verba Marci³³¹ ultimo: *Surgens autem Iesus*, et propter quaedam verba Hieronymi in epistola ad Edibiam, in solutione tertiae quaestionis³³² et propter quaedam alia eiusdem Hieronymi, 2 libro Dialogorum contra Pelagianos³³³, affirmat caput ultimum Marci non esse solidae auctoritatis ad firmandam fidem sicut sunt cetera Marci, et subinde censere videtur non esse Scripturam canonicam. Idem enim affirmat in principio 8 capituli Evangelii secundum Ioannem de historia adulterae³³⁴, quae ibi narratur, idque propter quaedam alia Hieronymi eodem secundo libro Dialogorum contra Pelagianos³³⁵.

Sit nihilominus haec conclusio: Rebere aliquam ex praedictis partibus a numero Scripturarum canonicarum, aut [f. 56v] quamvis aliam similem librorum, quos disputatione praecedenti ostendimus esse canonicos, non solum temerarium et erroneum est, sed etiam haereticum arbitror esse hodie post definitionem Concilii Tridentini. Probatur primo, quia si hoc ipso quod Ecclesia absolute et absque ulla exceptione partis definit aliquem librum esse canonicum, singulae partes non manerent definitae eas esse canonicas, plane nullius momenti esset definitio; quia v[er]o illius definitionis nulla pars definitionis divisive sumpta maneret definita, ac proinde de singulis et omnibus divisive sumptis licitum esset dubitare, nullumque testimonium in particulari ex eo libro desumptum efficax esset ad convincendum aliquid esse de fide. Quare dicendum est quod hoc ipso quod Ecclesia definit absolute

328. Id. ib.

329. РИХТОВИЧ, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 31 (En la traducción de Ruffino): CCS 9/2, 586. 25-27.

330. CALETANUS, *In quatuor Evangelia et Acta Apostolorum Commentarii*, in *Evangelium Marci*, c. 16: t. 4, Lyon, 1638, p. 109 b.

331. Mc 16, 9.

332. ИВАНОВИЧ, *Epistola 120 ad Hedybiam de quaestionibus duodecim*, q. 3: CSEL 55, 401, 13-16.

333. Id. *Dialogus contra Pelagianos*, lib. 2, 15: PL, 23, 576 B.

334. CALETANUS, *Commentarii in Evangelium Iohannis*, c. 8 (ed. c. nota 328); p. 345 v.

335. Cfr. nota 331.

et absque exceptione partis, librum aliquem esse canonicum, definit singulas ipsius partes esse canonicas. Tunc ultra: sed Ecclesia absolute diffinitivum librum Danielis, Evangelium Marci, Evangelium Iohannis et ceteros libros esse canonicos, cum tamen nihil in illis immutatum sit a tempore quo eos Ecclesia definiuit; ergo partes illae et quaevis aliae praedictorum librorum canonicae sunt.

2.^a De hac re est expresse definitio Concilii Tridentini, sess. 4; post enumerationem librorum canonicorum, addit: «Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, ut in Ecclesia Catholica legi consueverunt, et in veteri Vulgata latina editione habentur pro sacris et canonicis non susceperit, anathema sit»³³⁴. Quae definitio nullum locum tergiversationi relinquit.

Dices: quam ergo via excusabuntur Doctores illi, alii plii et catholici? Respondendum est Caictanum scripsisse ante hanc definitionem; et idem dicendum est de Driedone quando scripsit librum illum, ut manifeste colligitur ex libro secundo se[cti. 57r]-quenti³³⁵; Covarruvias vero sequutus videtur Driedonium non advertens ad definitionem Concilii Tridentini. En etiam in loco Driedonius in solutione ultimae difficultatis, librum Baruch reicit a libris canonicis. Non videtur tamen advertisse ad definitionem Concilii Tridentini³³⁶.

In confirmationem earundem partium facit quod a multis centenis annorum leguntur in Ecclesia et citantur sub nomine Scripturae, et Canticum trium puerorum solemniter decantatur; quod non leve argumentum est esse scripturas canonicas, maxime cum in Concilio Carthaginiensi III, cap. 47³³⁷ cautum sit ut praeter Scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur. Praeterea Hieronymus, cum illi obiecisset Rufinus id quod sensisse visus fuerat de Canticum trium puerorum, historiae Susannae, Belis et draconis in prologo in Danielem, respondet, in Apologia contra Rufi-

x. Ms: Concilii Florentini.

334. Cfr. *Conclitorum Oecumenicorum Decreta*³, p. 644, 13-16.

335. En efecto, la primera edición del *De ecclesiasticis scripturis et dogmaticis libri quatuor* salió en Lovaina en 1533. Cfr. DHGE 14, 795 (T. Dhanis).

336. *Concilium Carthaginense III*, c. 47: DS⁹, 108.

num³³⁷, quod non quid ipse sentiret, sed quid illi hebraei, scilicet, contra nos dicere soleant, explicavit; quare censendum non est Hieronymum contrarium nostrae conclusioni affirmasse aut sensisse.

De Himno trium puerorum ita inquit Concilium Toletanum IV, cap. 13³³⁸: «Himnum trium puerorum in quo universa coeli et terrae creatura Deum collaudat, et quem Ecclesia tota catholica per totum orbem diffusa celebrat, publice sanctum concilium decantari instituit».

Historiam Susannae non apocrypham, sed germanam esse scripturam ostendit Origenes in epistola ad Thesianum, ut refert Eusebius, libro 6 Ecclesiasticae Historiae, cap. 31³³⁹. Hanc epistolam invenies in latinum sermonem conversam per Leonem Castrum, in commentariis ante Esaiam, immediate ante expositionem hilterae³⁴⁰. Cyrillus quoque in Leviticum³⁴¹ prope principium, ita inquit: «Tempus^b est nos adversus [f. 57v] impios uti Susannae vocibus, quas illi quidem repudiantes historiam Susannae de catalogo divinorum voluminum desecarunt, nos autem suscepimus». Denique haec omnia in versione LXX interpretum reperuntur³⁴². ex isque testimonia citant Tertullianus³⁴³, Ambrosius³⁴⁴, Augustinus³⁴⁵, et plures alii.

a. Ms: 3.

b. Ms Typus

337. HIERONYMUS, *Apologia adversus libros Rufini*, lib. 2, 38; PL 23, 475 D-476 A-B.

338. Concilium Toletanum IV, c. 14; ed. TELMA, *Colección de Cánones de la Iglesia Española*, t. 2, p. 276.

339. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 6, c. 31 (en la traducción de Rufino); GCS 9/2, 585, 27-597, 3.

340. CASTRO, León en *Commentaria in Esaiam Prophetam*; Salamanca, 1576, pp. 90-95; *Origines ad Africanum Epistola, eadem Leone Castro interpreté*.

341. CYRILLUS, *Commentariorum in Leviticum*, lib. 1; ed. Paris, 1605, t. 46 a D.E.

342. *Septuaginta. Vetus Testamentum Graecum*. Göttingen, 1954, v. 16/2: Daniel 3, 24-45; 51-90; pp. 119-124; 128-132 (El himno de los tres muchachos). Susanna: ib., pp. 80-91.

343. TERTULLIANUS, *De Oratione*, 29, 1; CChr 1, 274, 28; *Adversus Hermogenem* 44, 4; CChr 1, 433, 7-9; *Adversus Marcionem*, lib. 5, 11, 1; CChr 1, 695, 10a. Sobre Susana: *De Corona*, 4, 3; CCh: 2, 1044, 14-19.

344. AMBROSIVS, *Epistola* 7, 17; PL 16, 908a. Sobre Susana: *De officiis ministrorum*, lib. 1, c. 3, 9; lib. 1, c. 18, 63; lib. 3, c. 14, 90; PL 16, 26; 48c; 170. *Exhortatio virginitatis*, lib. 1, c. 13, 87; PL 16, 361a. *De Spiritu Sancto*, lib. 3, c. 6, 38-41; PL 16, 785.

345. AUGUSTINUS, *Sermo* 343, 28 (C. Lambot); RevBén 66 (1956) 29ss. En este sermón de San Agustín se cita el episodio de Susana y el de los

Canus, 2 De locis, cap. ultimo ad ultimum³⁴⁶ negat canonicam esse ac divinae auctoritatis conditionem illam Stephani protomartyris, quam Lucas refert Actorum 7³⁴⁷. Fundamentum Cani est quod cum Stephanus nec apostolus fuerit nec evangelista, licet de fide sit quod habuerit illam conditionem eo pacto quo ibi narratur, quare hoc affirmavit Lucas evangelista cui assistebat Spiritus Sanctus ne erraret, conditio tamen ipsa, quae dicitur prodita ab Stephano, non est de fide. In Scripturis enim sanctis quoties autor libri narrat aliquem aliquid dixisse, de fide est eum dixisse, quia id est quod narrat et affirmat autor Scripturae, cui assistebat Spiritus Sanctus, et errare non poterat; at id quod narratur alium dixisse non semper est de fide, cum saepe narrentur mendacia, quae alii protulerunt, quale est illud quod 2 Reg 1.³⁴⁸ narratur. Quando aliquis introducit et narratur loqui, aspicendum est ad eum qui loquitur; et ex auctoritate eius qui loquitur et non ex auctoritate auctoris Scripturae, iudicandum est an id quod loquitur sit de fide. Quare, inquit Canus, cum non constet Stephano assistisse Spiritum Sanctum dum loquebatur ne aliquid falsum diceret, eo quod neque apostolus fuerit nec evangelista, licet de fide sit eum habuisse illam conditionem, quia id narrat Lucas, conditio tamen ipsa in se non est de fide, neque proprie est pars Scripturae.

Fateor sententiam hanc non tam aperte pugnare cum definitionibus Ecclesiae quam aperte [*f* 58r] pugnant sententiae pauli ante impugnatae; nihilominus tamen singularis est neque excusandae temeritatis, offendereque videtur pias aures. Et credo quod si Ecclesia aliquid aliquando expresse definierit hac in parte, definiet contra sententiam Cani. In primis, licet non quaecumque narrat Scriptura alios dixisse, de fide sint, attamen virum sanctissimum interdum loquentem ab evangelista, multum refert ut illa censeantur de fide, maxime quando evangelista narrat talem virum dum loquebatur plenum fuisse Spiritu Sancto. Quare dicta Elisabeth quae repleta Spiritu Sancto atque exclamans dixit Mariae, de fide esse iudicanda sunt. Cantica etiam non solum Mariae et Zachariae, sed etiam Simeonis dictaque Simeonis ad Mariam, quae narrantur in Evangelio, de fide sunt. Cum

tres muchachos del horno de Babilonia (ib. 30, 69-73). Otras citas: Serrao 156, c. 14, 15; PL 85B. *Enarratio in Psalmum 137*, 2; CChr 90, 1990, 379. Etc.

346. CANO. *De locis*. lib. 2, c. 18. ed. Serry c., p. 183s.

347. Hcb 7, 2-53.

348. 2 Sam 1, 10.

ergo Stephanus protomartyr a Deo dilectissimus fuerit et de eo narret ibi Lucas quod plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo et quod non poterant iudaei resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur in eo, et quod collocatus in concilio, quando habuit hanc contionem, viderant iudaei faciem eius tanquam faciem angelum, et rursus de eo finita contione dicatur: *cum esset plenus Spiritu Sancto intendens in caelum vidit gloriam Dei et Iesum stantem a dextris virtutis Dei*, certe plus quam temerarium est affirmare verba illa a Luca relato canonica non esse; et quod plus est, in eis aliquid falsum reperiri, id quod vult Canus. Praeterea Ambrosius, 3 libro De fide ad Gratianum³⁴⁹ et sermone sexto de festo Pentecostes³⁵⁰; Eumenius, in commentariis super Acta Apostolorum, cap. 7³⁵¹. Gregorius Nysenus, in oratione de S. Stephano³⁵²; et Augustinus, 16^o De Civitate Dei, cap. 32³⁵³ contionem illam Stephani tanquam Scripturam Sacram venerati sunt. Et ex ea etiam ut ex Scriptura Sacra citarunt testimonia alter Gregorius, 7 Moralium, cap. 22 et 23³⁵⁴ et Homilia 18^a in Ezechielem³⁵⁵; Irenaeus, libro 4 Adversus Haereses, cap. 29³⁵⁶; atque alii sancti.

Non defuerunt aliqui qui affirmarunt autores Sacrarum Scripturarum non semper in eis divino Spiritu atque assistentia Spiritus Sancti esse loquutos, sed quaedam in eis humano spiritu scripsisse, ut est illud Pauli 2 ad Timotheum³⁵⁷: *penulam quam*

c. Ms: 8

d. Así en el ms. que hemos respetado por desconocer la edición que usó Molina.

349. AMBROSIIUS, *De fide*, lib. 3, c. 17: cfr. PL 16, 616 D-618 A-B.

350. Esta cita no hemos podido verificarla. Ni San Ambrosio, ni los sermones a él atribuidos, ni en las obras del Ambrosiaster, se encuentra ningún Sermo 6 de festo Pentecostes. En las obras de San Ambrosio, tanto en la cita anterior como en el Hexaemeron y otras, se hace alusión a este discurso de San Esteban, al que siempre encomia y considera inspirado por el Espíritu Santo.

351. IANUS AB OECUMENICO, *Enarratio Veterum Sanctorum Vtrorum, ex diversis monumentis collecta et accurate in compendium redacta, in Acta Apostolorum*, c. 8 (7, 19): PG 113, 133 B.

352. GREGORIUS NYSENIUS, *Encomium in s. Stephanum protomartyrem I*: PG 46, 713-718 (16.17.19).

353. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, lib. 18, c. 32: CChr 48, 759b.

354. GREGORIUS MAGNUS, *Moralium Libri, sive Expositio in librum B. Iob*, lib. 7, c. 26, 53s: PL 75, 787 B.

355. Id., *Homiliarum in Ezechielem*, lib. 1, Hom. 7, 13: PL 76, 847 A; lib. 2, Hom. 6, 14: PL 78, 1005b.

356. IRENAEUS, *Adversus Haereses*, lib. 4, c. 16 (29): PG 7, 1013 A-B.

357. 2 Tim 4, 13

*reliqui Troade apud Carpum veniens affers tecum; est sunt alla huiusmodi. Atque in eis affirmant errare potuisse. Horum, qui hoc affirmarunt, meminit Hieronymus, super epistolam ad Philemonem³⁵⁸, et in commentariis super 5 caput Michaese³⁵⁹. Idemque affirmasse videtur Erasmus, in cap. 2 Matthaei³⁶⁰ et in cap. 1 Marci³⁶¹ ac rursus in cap. 27 Maathaei; qui utinam nihil unquam didicisset, ne plus quam temerario ausu tot scandala exultasset et tam parum pia, ne amplius dicam, protulisset. Hoc enim errore admissio, perit plane autoritas Scripturarum Sanctarum, citataque quacumque autoritate Scripturae dicere quis impune posset autorem Scripturae ibi spiritu humano fuisse loquutum, neque necesse esse illud esse verum. Quis autem credat vel autores Scripturae quaedam humano spiritu scripta ausos fuisse miscere rebus quas spiritu divino scribebant et relinquebant Ecclesiae vel Spiritum Sanctum in scribendis Scripturis quibus instrui et gubernari debet Ecclesia, quibusdam rebus scribendis astitisse, aliis vero minime, quo eorum autoritas labefactaretur et minueretur manerentque homines incerti quid in eis fide catholica tenendum esset et quid non? Certe stultitia est haec cogitare et ingens temeritas, error atque blasphemia id affirmare. Recte Augustinus, epistola 8^a et 19^a³⁶² ad Hieronymum affirmavit quod si in quovis libro quaevis falsitas reperiretur totius libri certitudo interiret; atque ea ratione in *De Consonantia Evangelistarum*, lib. 2, cap. 12³⁶³: «satis constitutum esse puto prophetarum et apostolorum scripta nullam omnino habere [l. 59r] falsitatem non solum eam quae mentiendo, sed nec eam quae per oblivionem aut inadvertentiam profertur».*

Praeter haec autem et autoritates quas disputatione quarta et in calce tertiae atque etiam secunda disputatione citavimus, quae

e. Así en el ms.

f. Ms añade falso.

358. HIERONYMUS, *Commentarii in IV Epistolas Paulinas* (ad Philemonem, v, 955): PL 26, 645 B-C.

359. *Id.*, *Commentarii in Michaeam prophetam*, lib. 2, c. 5, 2: PL 25, 1255 B.

360. DESIDERIUS ERASMUS, *Novum Testamentum iuxta graecorum lectionem*, Mt 2, 7: ed. *Opera Omnia*, t. 5, Lyon, 1705, 13 D-F; Mt 27, 5: 140, D-E.

361. *Id.*, *Evangelium secundum Marcum, Adnotationes*, Mc 1, 1: ed. cit., col. 151 F.

362. AUGUSTINUS, *Epistola* 28, 3: CSEL 33, 108, 5-7. *Epistola* 49, 3: CSEL 34, 71, 13-14 y p. 72, l.

363. *Id.*, *De consensu Evangelistarum*, lib. 2, c. 12: CSEL 43, 129, 20-22.

satis ostendunt Scripturas Sacras divinities esse inspiratas, probatur adhuc nihil in eis contineri quod non sit assistentia Spiritus Sancti scriptum. primo, quia Christus Dominus, Matthaei 5^m de Veteri Testamento loquens, cum praemisisset: *Non veni solvere legem aut prophetas, ait: Iota unum aut apex non praeteribit a lege donec omnia fiant.* Quod si in Veteri Testamento aliquid esset vel parvum quod non esset assistentia Spiritus Sancti conscriptum et cui non repugnaret subesse iustum, certe Christus non ita affirmaret, neque iota unum, neque posuisset unum practeritum quin omnia implerentur. Cum etiam Novum Testamentum non minus Scriptura sit atque assistentia Spiritus Sancti conscriptum quam Vetus, idem plane de Novo dicendum est. Animata namque illa quae Ezechiel 1.^m quattuor evangelistas significabant, plena erant oculis, ut neque in magno, neque in parvo decipi possent atque illuc gradiebantur quo erat impetus spiritus. Paulus etiam 2 ad Corinthios 13^m confidenter de se inquit: *An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus?* Et quod Christus dixit Matthaei 10^m discipulis: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; auditur enim vobis in illa hora etc.* Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et de Spiritu Sancto illis promisit Ioannis 14^m: *Ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis.* Nullo pacto credendum est denegatum fuisse apostolis et evangelistis quando calamum admovebant ad scribendum Evangelium atque epistolas, quae futura erant in Scriptura quibus Ecclesia gubernaretur et quibus custodiret fidem usque ad consummationem saeculi. Praeterea, hoc idem probatur [I. 59v] ex illo de fide Ecclesiae in Concilio Tridentino citato²⁶, ubi sub anathemate definiuntur, pro sacris et canonicis, libri integri ibi numerati cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt et habentur in veteri Vulgata editione; nulla ergo pars, quae in eis continetur, quantumvis parva, canonica non est.

g. Ms: aut.

364. Mt 5, 17a.

365. Ez 1, 18ss.

366. 2 Cor 13, 3.

367. Mt 10, 19a.

368. Jn 14, 26.

369. Concilium Tridentinum, sess 6: Conciliorum Oecumenicorum Decreta², p. 664, 12-14.

Illud superest advertamus: autores Scripturae Sacrae non singula quae scribebant accepisse a Deo per revelationem: presse sumptato, qualis erat qua Deus prophetis revelabat quaecumque, et qualis erat quae Paulus per revelationem accepit evangelium. Ad scribendum enim ea quae viderant aut quae Lucas et Marcus acceperunt ex revelatione Apostolorum, non indigebant tali revelatione. In eo ergo sensu intelligendum est per scriptores Scripturae Sacrae Deum revelasse quae in illis continentur quatenus in eis vel illa revelavit praedicto modo vel certe illos inspiravit eisque adstitit ad illa scribendum, utens lingua et calamo eorum ad illa exprimenda. iuxta illud Regis prophetae: *Lingua mea calamus scribae velociter scribentis*³⁷⁰. Ceteraque quae dici poterant, quae potius spectant ad commentarios in Scripturam Sacram, omitta.

De auctoribus humanis qui assistentia Spiritus Sancti scripserunt libros canonicos

Disputatio 9

Licet autore Gregorio in prologo in Iob³⁷¹, supervacue quaeratur quis scripsit unumquemque librorum canonicorum, cum constet autorem principalem fuisse Spiritum Sanctum, et parum refert scire cuius calamo aut lingua usus fuerit ad illam scribendam, aliquid tamen de hac re breviter dicendum est.

Concors sententia est Moysem scripsisse Pentateucum, hoc est, Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros et Deuteronomium. Videtur quoque^b colligi ex 31 capite Deuteronomii³⁷², ubi ita habetur: *Scripsit itaque Moyses legem hanc et tradidit eam sacerdotibus qui portabant arcam foederis et cunctis senioribus Israel*. [l. 60r] De ultimo capite Deuteronomii³⁷³ in quo narratur mors Moysi et sepultura, et quod sepulchrum illius ignoraretur, et narratur plangens quo eum fleverunt filii Israel, dubitatur a quo fuerit scriptum? Driedonius, De Ecclesiasticis Scripturis, lib. 1,

b. Lectura probable.

370. Sal 44, 2.

371. GREGORIUS MAGNUS, *Moralium libri, Praefatio*, c. 1, 2: PL 75, 517 A-B.

372. Dt 31, 9.

373. Dt 34, 8-8.

cap. 1^{ra}, arbitrari videtur scriptum fuisse ab Esdra, qui spiritu Dei restituit Scripturam Sacram penitus deletam atque igne consumptam a chaldaeis, qui vastaverunt Iudaeam et incenderunt templum Hierosolymorum. Haec tamen sententia mihi non placet; quia non est verisimile usque ad tempus Esdrae filios Israel caruisse ex parte Scripturae Sacrae. Quare dicendum est scriptum fuisse a Iusue post mortem Moysis et adiectum esse Deuteronomio. Utrum autem quando Iudaea capta fuit a chaldaeis omnia volumina in universam Scripturae Sacrae perierint ita ut postea Esdras, qui spiritu Dei plenus fuisse ab omnibus affirmatur, eam memoriter restituerit, ut Irenaeus, Tertullianus³⁷⁴ et alii antiqui arbitrantur, aliorum iudicio relinquatur. Hieronymus, contra Elvidium³⁷⁵ ambiguus esse videtur hac in parte.

De libro Iosue conecors etiam sententia est ab ipsomet Iosue fuisse scriptum; et colligi videtur aperte ex capite ultimo, ubi ita habetur³⁷⁶: *Scriptis quoque Iosue omnia illa verba in volumine legis Domini*. De ultima parte illius capituli in qua mors et sepultura Iosue narratur et ea quae post mortem illius contigerunt, affirmandum est scriptam esse ab auctore libri Iudicum et adiectum fuisse libro Iosue

De libro Iudicum probabilior sententia, quam affirmat Isidorus 6 libro Etymologiaum, cap. 2^o, est Samuellem historiae diversorum Iudicum scriptas sparsim secundum successionem temporum collegisse in unum volumen atque ita edidisse librum Iudicum eique adiecit librum Ruth.

[f. 60v] Non defuerunt qui dicerent editum fuisse ab Ezachia; et qui dicerent editum fuisse ab Esdra. Sed quod diximus probabilius est. Lege Driedonem, De Ecclesiasticis Scripturis, cap. 3^o.

Librum primum Regum usque ad mortem Samuelis creditur scripsisse Samuel ipse. Reliqua primi et secundi creduntur scrip-

374. Driedo, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 1, c. 1; ed. c., t. 1, f. 3r C-D.

375. IRENAEUS, *Contra Haereses*, lib. 3, c. 25. 2: PG 7, 949. TERTULLIANUS, *De civitate facinorans* I, 3, 2: OChr 1, 346, 14-19.

376. HIERONIMUS, *De perpetua virginitate B. Mariae Adversus Helvidium*, lib. 1, 7: PL 23, 199 C.

377. Jos 21, 24-28.

378. ISIDORUS, *Etymologiaum*, lib. 6, c. 2, 9: PL 82, 230s. (El mismo texto en la ed. W.M. Lindsay, Oxford, 1911).

379. Driedo, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 1, c. 3: ed. c., t. 1, f. 9r D; ib., c. 4: f. 19v A-B.

sisse Natan et Gad prophetæ, iuxta illud quod habetur in fine primi Paralipomenon: *"Gesta autem David regis priora et novissima scripta sunt in libro Samuelis videntis et in libro Natan prophetæ atque in libro Gad videntis.* Non defuerunt Patres qui crederent ea quæ in libris Regum accidisse narrantur a morte Samuelis usque ad mortem David, ab ipsomet David fuisse scripta. Et, inter alios, accedit ad hanc sententiam Isidorus, 6 Etymologiarum, cap. 2^o. Sed quod dictum est magis placet.

Quæ continentur in 3.^o et 4.^o Regum varii prophetæ secundum successiones temporum scripsisse creduntur. Ieremias autem creditur illa in unum volumen redigisse et ordinasse. Atque huius sententiæ est Isidorus, locu citato Non defuerunt tamen qui Esdræ tribuerint huiusmodi libros, atque alios, ut librum Iudicum et libros Paralipomenon, collectos fuisse ex aliis quorum fit mentio in Scriptura Sacra et modo non exstant; videtur fuisse in causa quod illi alii qui non exstant atque spiritu Dei erant scripti, perierint. Videntes enim homines in his remanentibus medullam illorum contineri, non fuerunt solliciti servare illos alios.

Quis collegerit atque ediderit libros Paralipomenon, non constat.

Primus Esdræ et secundus, dictus Nehemiae, ab ipsismet sunt scripti.

Tobiæ, Iudith atque Esther non ab autoribus inscribuntur, sed ab historiis in ipsis narratis. Quinam fuerint qui eos scripserunt, incertum est. De libro tamen Esther inquit Isidorus, 6 Etymologiarum [f. 61r] cap. 2^o credit scriptum esse ab Esdra. Eusebius vero christianus³⁶¹ historiam contigisse post tempora Esdræ affirmat, et a quodam alio posteriore fuisse scriptam. Philo Iudæus³⁶² affirmat scriptum fuisse a Ioachimo, summo sacerdote

360. 1 Cr 29, 29.

361. ISIDORUS, *Etymologiarum*, lib. 6, c. 2, 10: PL 82, 231; ib., n. 29: PL 82, 233. (El mismo texto en Lindsay, excepto que Esther lo escribe Hester).

362. EUSEBIUS, *Hieronymi Chronicon*, lib. 2: GCS 24, 110s

363. PHILO. En las obras de Filón de Alejandría no hemos podido encontrar lo que dice Molina. Quizá tome la cita de Driedo (cfr. nota siguiente, f. 12rD), que cita en su favor a Filón (?).

illius aetatis. Lege Dricdonem, loco citato, capite 3, p. 1, capite etiam 4 in fine solutionis quintae difficultatis³⁸⁴ inclinatur non solum librum Esther, sed et librum Iudith scriptos fuisse a Iosabim, summo Pontifice, quem dicit fuisse filium Iesu illi Syrach. Quidam affirmant librum Tobiae ab ipsomet Tobia fuisse scriptum aut forte ab ipsius filio.

Quod attinet ad librum Iob, examinandum est prius quis fuerit Iob. Concordans sententia est descendisse ex Esau fuisseque quintum ab Abraham, illum eundem qui Genesis 36³⁸⁵ appellatur Iobab. Abraham enim genuit Isaac et Isaac Esau; Esau autem Raguelm; Raguel, Zaram et Zaram, Iobab, qui fuit unus de regibus qui regnaverunt in Edon, ut ibi dicitur. Edon autem Idumaea postea dicta est; unde idumaeus fuit et habitavit in terra Hus, parte Idumaeae, sic dicta ab Hus, filio Disan de quo in eodem capite fit mentio³⁸⁶. Huius sententiae fuerunt Origenes, in prologo in Iob³⁸⁷; Gregorius, in expositione primi capitis³⁸⁸; Isidorus, in libro De vita et morte quorundam iustorum, cap. 24³⁸⁹; Ambrosius, libro 2 De interpellatione³⁹⁰; Chrysostomus, homilia 2 de patientia Iob et homilia 80 ad populum atque in sermone de Iob et Abraham³⁹¹; Augustinus, libro 18 De Civitate Dei, cap. 47³⁹²;

384. DRIEDÉ, *De ecclesiasticis scripturis*, lib. 1, c. 3: ed. e., t. 1, f. 11rC-11vA; f. 13rC-D; Y c. 4: f. 19vA-B.

El capítulo cuarto, en la respuesta a la quinta dificultad, trata del libro de la Sabiduría, no del de Ester y Judit. Del libro de Judit dice en el capítulo tercero, f. 11vC: «Unde sciendum est quod Tobiae, Judith, Machabaeorum libri quibus auctoribus scripti sint incertum est. Creduntur autem nominibus eorum inscripti non a quibus editi sunt, sed quorum gesta continent».

Y del libro de Ester y Judit trata en el f. 12rD: «Utriusque ergo libri, Judith videlicet et Esther idem est auctor, Iosabim summus Iudaeorum pontifex».

385. Gn 36, 33.

386. Gn 36, 20.

387. PSEUDO-ORIGINES, *Commentarius in Iob*, lib. 1: PG 17, 375 D-376 A.

388. GREGORIUS MAGNUS, *Moralium, In librum beati Iob praefatio*, c. 1, n. 1: FL 75, 515-516 D.

389. ISIDORUS, *De vita et interitu patrum qui in scriptura laudibus effertur*, c. 24, n. 27: PL 83, 136.

390. No hemos podido encontrar nada parecido en la obra de San Ambrosio, *De interpellatione Iob et David*, en su libro primero —que parecería el sitio más adecuado— ni en el segundo.

391. CHRYSOSTOMUS, *Homilia 2 de patientia Iob*: ed. Paris, 1570 (G. Merlin-Nivell), col. 558 c. *Homilia 7 de Paenitentia*: PG 49, 324. *Sermo de Iob et Abraham*: ed. Paris, 1570, 588 c.

392. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, c. 47: CChr 48, 645, 20.

et Eusebius, libro 1.^o De demonstratione evangelica³⁹³. Atque in eadem sententia est autor argumenti antiquissimi, quod in Bibliis tam graecis quam latinis est ante librum Iob³⁹⁴ et fuit receptissimum ante tempora Hieronymi. [f. 61v] Hieronymus, in Iob et in Quaestionibus hebraicis³⁹⁵ atque Philippus, presbiter, discipulus eiusdem Hieronymi, libro 1 Commentariorum in Iob, cap. 3^o sequuti sunt sententiam quorundam hebraeorum: putant Iob non descendisse ab Esau nec ab Abraham, sed a Nachor, fratre Abraham et ipsius uxore Melcha, ex qua Nachor genuit Hus, ut habetur Genesis 22^o; atque ab hoc Hus affirmant descendisse Iob. Ad argumentum autem quod in Bibliis praemittitur libro Iob, respondet Hieronymus³⁹⁶ non esse standum illi, eo quod in bibliis hebraicis non habeatur. Placet tamen multo magis sententia iam superius recitata quae communior est; et certe autoritas argumenti in Iob maxima est propter sui antiquitatem et quod fuerit receptissimum ante Hieronymum. Legit Titelmannum in solutionibus dubiorum ante commentarium in Iob³⁹⁷. De auctore libri Iob, quidam dixerunt scriptum fuisse a B. Iob aut ab uno de ipsius amicis in lingua syra, et a Moyse translatum fuisse in linguam hebraeam, et traditum fuisse filiis Israel. Quidam vero dixerunt scriptum fuisse a Moyse aut ab uno ex prophetis. Illud est certum: scriptum fuisse spiritu prophético; aliter namque constare non poterat Satan astitisse inter filios Dei et traditum fuisse illi Iob a Deo ut eum affligeret. Gregorius, in prologo in Iob³⁹⁸ credit probabile esse, scriptum fuisse a Iob; et Origenes³⁹⁹ dicit a Iob aut ab uno ex amicis scriptum fuisse lingua syra et

393. EUSEBIUS, *De demonstratione evangelica*, lib. 1, 14, 13: GCS 23, 23, 10-17.

394. Así, por ejemplo, en la edición publicada en París, 1549, aunque no es introducción (que son las de San Jerónimo), sino en nota marginal, p. 431, basándose en San Jerónimo.

395. HIERONYMUS, *Comentarii in librum Iob*, c. 1: PL 26, 637 A. *Hebraicae quaestiones in Genesim*, 22, 20-22: CChr 72, 27, 1-3.

396. PHILIPPUS, *Comentarii in Iob*, c. 3: PL 26, 619-662. Philippus era seguido muy de cerca a San Jerónimo y puede considerarse como un complemento de su obra (A. WILMANT, *Analecta Regimensis: Studi e Testi* 59, 315). En el capítulo tercero, sin embargo, no hace ninguna referencia a lo que añade Molina en el texto.

397. Gn 22, 20s.

398. HIERONYMUS, *Hebraicae quaestiones in Genesim*, 22, 20-22: CChr 72, 27, 5-9.

399. TITELMANNUS, *Paraphrastica elucidatio in librum Iob*, Solutiones quorundam dubiorum circa librum Iob: ed. Amberg, 1547, s. l.

400. GREGORIUS MAGNUS, *Prologus in Iob*, c. 1, n. 3: PL 75, 517 B-C.

401. PSEUDOORIGINES, *In Iob Commentarius*, lib. 1: PG 17, 373 B-C.

a Moyse traductum fuisse in linguam hebraeam, ac postea traductum fuisse in linguam graecam a LXX interpretibus, atque ita divulgatum esse per varias nationes. Hieronymus, in prologo in Iob⁴⁰² et Isidorus, in *Elymologiarum*, cap. 2⁴⁰³ affirmant in hebraeo a principio usque ad illa verba. *pereat dies in quo natus*⁴⁰⁴; et rursus ab illis verbis, quae sunt prope finem: *ideirco me reprehendo et ago poenitentiam in favilla*⁴⁰⁵, esse prosam; reliquum vero, quod est fere totus (f. 62r) liber, esse carmina. Creditur neque Iob neque amicos, dum eum consolabantur et cum eo disputabant, loquutus fuisse carmina, sed autorem libri instinctu et assistentia Spiritus Sancti scripsisse carmina referendo sensum sententiarum Iob et amicorum illis, non vero verba singula eo ordine atque ea collocatione qua ab ipsis prolata sunt. Hunc etiam librum carmine scriptum esse in hebraeo est non levis coniectura non esse translatum alia lingua, sed in hebraica fuisse compositum.

Non defuerunt qui voluerint affirmare historiam Iob non continere veras res gestas, sed quasi quandam parabola[m] atque exemplum patientiae. Hi tamen audiendi non sunt, sed constanter affirmandum est oppositum. Praeterquam enim quod narratio ipsa nihil tale praese fert, sed totum oppositum, cum dicat: *Vir erat in terra Hus nomine Iob*⁴⁰⁶. Et *Eccehial* 14: ⁴⁰⁷. Iob bis computatur inter iustos, cum dicitur: *Si fuerint tres viri isti in medio etus, Noe, Daniel et Iob*. Tobiae etiam 2⁴⁰⁸, ita habetur: *Hanc tentationem ideo permisit Dominus evenire illi ut posteris daretur exemplum patientiae eius sicut et sancti Iob*. Et *infra*⁴⁰⁹: *sicut beato Iob insultabant reges, ita isti parentes et cognati eius irridebant*. Iacobi 5⁴¹⁰ dicitur: *sufferentiam Iob audistis, et finem Domini vidistis*.

1 Ms: 4.

402. *Иеронимус, Prologus in libro Job: Vulgata, ed. Abbatiae S. Hieronymi in Urbe, Roma, 1861, vol. 9, n. 71, 7-72, 2*

403. *Исидорус, Elymologiarum, lib. 6, c. 2, n. 14. PL 82, 231.*

404. *Iob 3, 3.*

405. *Iob 42, 6.*

406. *Iob 1, 1.*

407. *Ex 14, 14.*

408. *Tob 2, 12.*

409. *Tob 2, 18.*

410. *Sant 5, 11.*

Circa autorem libri Psalmorum est controversia, quisnam fuerit? Hieronymus, in epistola ad Cyprianum ⁴¹¹ et in epistola ad Sophronium et ad Pamachium ac alibi; Hilarius, in expositione Psalmorum, in praefatione ⁴¹²; Isidorus, 6 Ethimologiarum, cap. 2 ⁴¹³; et Rabanus, De institutione cleri ⁴¹⁴ arbitrantur non omnes psalmos esse Davidis, sed psalmos esse eorum quorum nominibus inscribuntur; Esdram vero collegisse illos omnes in unum volumen. Pro eadem sententia citatur Augustinus, super titulum primi psalmi ⁴¹⁵ ubi innuit multos psalmos esse editos ab illis quatuor: Eman, Asac, Ethan [f. 62v] Idithum, quorum nominibus inscribuntur plures psalmi. Contraria tamen sententia, omnes scilicet psalmos quos psalterium complectitur compositos fuisse a Davide, est Augustini, 17 De Civitate Dei, cap. 14 ⁴¹⁶ (ubi recitatis illis opinionibus quorundam dicentium solum illos esse David, qui ipsius nomine inscripti sunt, aliorum vero dicentium neque eos omnes esse Davidis, sed eos solum qui inscribuntur nomine ipsius David, non vero illius qui inscribuntur ipsi David), affirmat probabilius existimare omnes esse David; et idem affirmat in expositione psalmi 9 ⁴¹⁷. In eadem sententia sunt Remigius ⁴¹⁸, Cassiodorus ⁴¹⁹ et Eutimius ⁴²⁰, omnes in prologo in psalmos; et videtur etiam esse Theophilactus, super cap. 10 Ioannis ⁴²¹, ubi librum

411. HIERONYMUS, *Epistola 150, 2 ad Cyprianum*: CSEL 56, 271, 5-10: «Quod autem in plerisque codicibus nonagesimus octavus habet titulum *Psalmus David*, in hebraico non tenetur hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui, cuius sint, titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur».

Epistola 84, 6 ad Pamachium et Oceanum: CSEL 55, 124, 20.

La tercera cita de la carta ad Sophronium (?) no hemos podido verificarla.

412. HILARIUS, *Expositio Psalmorum, Prologus*: PL 9, 233 A-B.

413. ISIDORUS, *Etymologiarum*, lib. 5, c. 2, n. 36: PL 82, 231.

414. RABANUS MAURUS, *De Clericorum Institutione ad Heisterbachum archiepiscopum libri tres*, lib. 2, c. 54: PL 107, 365a.

415. AUGUSTINUS, *Super titulum primi Psalmi*: PL 36, 65. Es una introducción atribuida a San Agustín que se imprime en las más antiguas ediciones, pero que no aparece en los manuscritos, ni concuerda con otros pasajes del Santo.

416. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 17, c. 14: CChr 48, 579, 21-27.

417. AUGUSTINUS, *In Psalmum 9*, n. 35: CChr 38, 74, 12-13.

418. REMIGIUS AUTISSIODORENSIS, O.S.B., *Enarrationes in Psalmos, Praefatio*: PL 131, 148 C.

419. CASSIODORUS, *Expositio Psalmorum, Praefatio*, c. 2: CChr 97, 10, 28a.

420. EUTHYMIUS ZIGABENUS, *Commentaria in Psalmos, Prologus*: PG 128, 53 A.

421. THEOPHILACTUS, *Enarratio in Evangelium Ioannis*, c. 10: PG 124, 69 y 70 C; 81 C-D. En la traducción latina, corregida por Felipe Montano, se dice: *secundum quod dicit propheta* (y cita el Sal 22, 1). En el texto griego, sin embargo, sólo se dice: *Kata to*.

psalmodum vocat librum David; et fuit etiam Origenes⁴²², et fuerunt alii: et hoc magis placet. Primo, quia secundus psalmus non inscribitur nomine David, sicut neque primus, et tamen Actorum 4⁴²³ psalmus 2 affirmatur esse Davidis. Ita enim ibi habetur: *Tu qui Spiritu Sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania, quod habetur psalmo 2.* Item, Actorum 2⁴²⁴ citatur psalmus 15 et confirmatur esse Davidis, cum tamen inscribatur ipsi David et non ipsius David. Ibidem etiam atque Matthaei 22⁴²⁵ citatur psalmus 109 tanquam Davidis; et tamen Augustinus, locum citato⁴²⁶, affirmat inscriptionem illius psalmi non esse ipsius David, sed ipsi David. Et idem cernitur in psalmo 31 qui ad Romanos 4⁴²⁷ citatur esse David; et de aliis. Secundo, quia, praeter communem usum Ecclesiae quo testimonia psalmodum citantur tanquam Davidis, in Concilio Carthaginiensi III, can. 47⁴²⁸ liber psalmodum appellatur Psalterium Davidicum. Et in Florentino⁴²⁹ appellantur Psalmi David; et in Tridentino⁴³⁰, Psalterium David 150 psalmodum. Quando vero in titulis psalmodum mentio fit Aman, Asac, Ethan et Idithum non fit propterea quod psalmi illi ab illis fuerint compositi, sed quod is cuius in in titulo fit mentio habuerit peculiarem curam cantus illorum psalmodum. Erant enim illi quatuor duces diversorum chororum cantus, ut patet primi Paralipomenon 6⁴³¹ atque hoc tantum [f. 63r] voluisse, ut Augustinus, super titulum primi psalmi⁴³². Aliquando etiam in titulis psalmodum mentio fit Moysis, Salomonis et ceterorum propter mysticam significationem nominum aut propter occasio-

422. No hemos podido encontrar una cita explícita de Orígenes en la que se diga que todos los Salmos son de David. Por la manera, sin embargo, de citar los Salmos parece que, implícitamente al menos, así lo supone. Puede consultarse, por ejemplo, GCS 19, 595, donde en los Comentarios al Evangelio de San Juan frecuentemente cita a los Salmos como de David, sin haber ninguna limitación o restricción.

423. Heh 4, 25e.

424. Heh 2, 25-28.

425. Mt 22, 24.

426. AUGUSTINUS, *Enarrationes in Psalmos*, ps 9, 1: CChr 38, 57, 2.

427. Rom 4, 7s.

428. *Concilium Carthaginiense III*, cap. 47: DS⁹⁸, 186.

429. *Concilium Florentinum, Decretum pro Jacobinis: Conciliarum Occidentium Decreta*³, p. 572, 19.

430. *Concilium Tridentinum*, sess. IV, *Decretum de libris sacris et de traditionibus recipiendis: Conc. Oec. Decreta*³, p. 663, 36-664, 1.

431. Cfr. 2 Cr 5, 12.

432. Cfr. nota 415.

nem aut materiam psalmi. Spiritu etiam prophetico fit aliquando mentio eorum qui fuerunt post David.

De Proverbiis, Ecclesiaste et Cantico Canticorum concors est sententia esse libros Salomonis; Salomonique tribuuntur in definitionibus Ecclesiae circa libros canonicos; quae disputatione septima citatae sunt.

De autoribus libri Sapientiae et Ecclesiastici controvertitur. Dicendum tamen est cum Driedono, De ecclesiasticis Scripturis, libro primo, cap. 3, p. 2 [et] cap. 4 in solutione quintae et septimae difficultatis⁴³³; cum Cano, 2 De locis, cap. 11, ad 5⁴³⁴; Covarruvias, libro 4 Variarum Resolutionum, cap. 14, n. 3⁴³⁵, et plures aliis: sententias horum duorum librorum esse Salomonis atque hac ratione dici posse et esse libros Salomonis. Philonem⁴³⁶ vero (non illum qui floruit post passionem Christi, sed alium qui fuit ante nativitatem Christi plus quam centum quinquaginta annos tempore Oniae pontificis, ut Driedo, loco citato⁴³⁷ refert) spiritu divino graece disposuisse atque ordinasse sententias Salomonis in libro Sapientiae atque ita librum illum composuisse posseque appellari hac ratione autorem illius libri; Iesum vero patrem Syrae spiritu etiam Dei hebraice disposuisse atque ordinasse sententias Salomonis in Ecclesiastico atque ita composuisse librum illum posseque appellari autorem illius; postea vero Iesum, filium Syrach et nepotem alterius Iesu, eodem spiritu in linguam graecam transtulisse illum librum et forte aliquid addidisse, posseque hac ratione appellari aliquo modo autorem eiusdem libri. Primum horum quod sententiae utriusque libri sint Salomonis, per alios inter se dispositae et ordinatae, atque hac ratione Sa[[63v]lomon posse appellari autur utriusque libri, probatur⁴³⁸, quia praeter quam quod plurimi sancti citant testimonia utriusque libri sub nomine Salomonis, tribuentes utrumque librum Salomoni.

433. DRIEDO, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 1, c. 3, p. 2; c. 4, in sol. 5^a et 7^a difficult.: ed. c., t. 1, f. 12r D-12v A-C. (Habla del libro del Ecclesiástico y no dice que contenga sentencias de Salomón, sino «certo cognoscimus Iesum filium Syrach edidisse librum illum», c. 4: f. 19r A-B y 20r A-B).

434. CANO, *De locis*, lib. 2, c. 11 ad 5: ed. Serry c., t. 1, p. 94ss.

435. COVARRUVIAS, *Variarum Resolutionum*, lib. 4, c. 14, n. 3: ed. Ginebra, 1772, *Opera Omnia*, t. 2, p. 419s. (Concluye que son canónicos, pero no afirma explícitamente que sean de Salomón).

436. Cfr. nota 383.

437. DRIEDO, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 1, c. 3: ed. c., f. 12v D.

ut videri potest apud autores citatos, Concilium Carthaginense III^{um} definiens libros canonicos, inquit: Salomonis libri quinque, computans Sapientiam et Ecclesiasticum cum Proverbiis, Ecclesiaste et Canticis, inter libros Salomonis. Et idem fecit Innocentius primus in epistola ad Exuperium⁴³⁸ definiens libros canonicos. 2.^o, quia Sapientiae 7 et 9^{um} aperte inquitur Salomon. ut disputatione septima dictum est; dictaque illa Salomonis sunt. 3.^o, quia ut habetur § Regum 4^{um}, Salomon loquutus est tria milia parabolas et quinque millia carmina et disputavit de lignis, iumentis, volatilibus et reptilibus neque deditus fuit libris scribendis. Proverbia namque collegisse videntur in unum volumen servi Ezechiae, ut patet Proverbiorum 15^o 1^{um}. Quare praedicti autores colligere potuerunt varia dicta Salomonis quae circumferbantur dispersa, et disponere ac ordinare illa atque addere aliquid et mutare stylium, et ita edere libros Sapientiae et Ecclesiastice.

Secundum, quod scilicet Philon praedicto modo composuerit Sapientiam graece, testatur Hieronymus, in prologo librorum Salomonis⁴³⁹, qui est ante Proverbia, his verbis: «Secundus (hoc est liber Sapientiae) apud hebraeos nusquam est quin et ipse stylus redolet graecam sapientiam et eloquentiam, et nonnulli scripturum veterum hunc esse iudaei Philonis affirmant». Augustinus, 2 Retractationum, cap. 2^{um}, quod dixerat 2 De doctrina christiana, cap. 8 ac alibi, Iesum Syrach scripsisse Sapientiam et Ecclesiasticum, retractat quoad Sapientiam his verbis: «De auctore libri quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipsum sicut et Ecclesiasticum Iesus Syrach scripserit, non ita constare sicut a me dictum est, postea didici. Et omnino [f. 64r] probabilius comperi non esse eius libri autorem».

Tertium, quod scilicet Iesus, pater Syrach, praedicto modo composuerit Ecclesiasticum hebraice, et Iesus, filius Syrach, et

j. Ms: 35.

438. Concilium Carthaginense III, can. 47: DS⁹⁸, 188.

439. INNOCENTIUS I, Epistola ad Exuperium «Consulenti Ibis, c. 7: DS⁹⁸, 213.

440. Sab 7, 7 Y Sab 9, 7s.

441. I Re 4, 32.

442. Prov 25, 1.

443. Hieronymus, Prologus in libris Salomonis. Vulgata, ed. Weber, 3, p. 32.

444. Augustinus, Retractationum, c. 2 430, 2: CSEL 36, 130, 8-9. De doctrina christiana, lib. 2, c. 8: CChr 32, 40, 36-39.

nepos illius transtulerit in graecam linguam est aperte sententia prologi eiusdem Iesu filii Syrach, qui est ante librum Ecclesiastici. Est etiam Damasceni, 4 libro Fidelis orthodoxae, cap. 17⁴⁴ his verbis: «Qui autem omnium virtutum doctrina referti sunt, hinc est Sapientia Salomonis et Sapientia Iesu, quam pater Syrach composuit hebraice, graece interpretatus est nepos Iesu et filius Syrach». Hieronymus etiam, in prologo citato⁴⁵, tribuit Ecclesiasticum graece scriptum Iesu filio Syrach et dicit se reperisse illum hebraice etiam scriptum. Iuxta haec conciliari possunt dicta sanctorum qui praedictos libros modo tribuunt Salomoni, modo autoribus citatis; et Ecclesiasticum modo Iesu, patri Syrach, modo Iesu, filio Syrach; omnia enim consonant iuxta ea quae dicta sunt. Driedonius, loco citato, in solutione quatuor difficultatis⁴⁶ Iesum, patrem Syrach, qui Ecclesiasticum hebraice scripsit, fuisse sacerdotem illum magnum Iesum qui fuit tempore Zorobabel, de quo fit mentio Aggaei 2⁴⁷ et Zachariae 3⁴⁸. Ad quem et ad Zorobabel, ex persona Dei, Aggaei 2⁴⁹ dicitur: *Spiritus meus erit in medio vestri: nolite timere*. Quod testimonium probat Ecclesiasticum spiritu Dei fuisse scriptum.

Autores librorum Prophetarum ipsimet Prophetae fuerunt quorum nominibus inscripti sunt.

De autore librorum Machabaeorum, non constat; neque idem fuit autor utriusque libri. Hieronymus⁵⁰ ait primum hebraice fuisse scriptum et secundum graece. Illud certum est: autorem non fuisse Iosephum, ut quidam contenderunt, cum ad Vetus Testamentum pertineat et Patres antiquiores Io[seph]o ex illis citent testimonia. Iosephus etiam (ut Catharinus, in opusculo de libris canonicis ait⁵¹) historiam de duobus fratribus, de

k. Ms. tachedo, Salomons; es una fácil errata de transcripción por las palabras que siguen.

445. IOANNES DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, lib. 4, c. 17: PG 96, 1100 C.

446. Cfr. nota 443.

447. DRIEDON, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 1, c. 4, ad 5; ed. c. f. 19v A.

448. Ag 2, 3.

449. Zac 3, 1.

450. Ag 2, 6.

451. HIERONYMUS, *Prologus in libro Regum*: Vulgata, ed. Weber, 1, 385, 555: «Machabaeorum, primum librum hebraicum reperi, secundus graecus est, quod et ex ipsa phrasia probari potest».

452. CATHARINUS, *De libris canonicis*.

quibus fit mentio in libris Machabaeorum, proprio stylo scripsit, nec est verisimile bis eandem historiam scripsisse. Praeterea, stylus Iosephi longe diversus est ab stylo librorum Machabaeorum.

De libris Novi Testamenti dicendum est ab illis fuisse scriptos quibus in titulis tribuuntur. Asserere vero hodie oppositum, post tot concilla a quibus in annumeratione librorum canonicorum ipsis tribuuntur, plus esset quam temerarium.

De variis translationibus Scripturae Sacrae.

Disputatio 10

Disputatio de libris canonicis exigere videtur ut de variis translationibus Scripturae atque de autoritate Vulgatae latinae editionis, quam nostris temporibus sacrosanctum Tridentinum Concilium approbavit⁴⁵³, nonnihil dicamus.

Ut vero a translationibus Veteris Testamenti incipiamus, sciendum est trecentis plus minusve annis ante adventum Christi, Vetus Testamentum a septuaginta duobus interpretibus translatum fuisse ex hebraeo in graecum sermonem, atque hanc fuisse primam Veteris Testamenti translationem. Nomine vero Veteris Testamenti intelliigi hoc loco omnes libros canonicos quos hebraei recipiunt in suo canone; hi namque antiquitate ceteros praecedunt pluresque ex aliis post tempora LXX interpretum scripti sunt. Quae causa fuit ut illos alios solum transtulerint LXX interpretes.

Irenaeus, libro 3 *Adversus Haereses*, cap. 25⁴⁵⁴; Augustinus, 18 *De Civitate Dei*, cap. 42 et 43, et 2 *De doctrina christiana*, cap. 15⁴⁵⁵; Theodoretus (cuius verba invenies apud Eugubinum, in tractatu de editione Vulgata an sit divi Hieronymi⁴⁵⁶); Cyrillus Hierosolymitanus episcopus, in *Catechesibus*, catechesi 4⁴⁵⁷; Iusti-

453. Concilium Tridentinum, sess. 4; Conc. Oecum. Docrota³, p. 681, 13-16.

454. IRENAEUS, *Adversus Haereses*, lib. 3, c. 21; PG 7, 947 A. Ed. Harvey, 2, 111-114; lib. 3, c. 21.

455. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, c. 42 et 43. CChr 48, 878-881, *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 15; cfr. CChr 32, 49, 7-11.

456. STEPH. AQUATIN (FERGUSINUS), *Vulgata editio an sit divi Hieronymi*; ed. Opera Omnia, Paris, 1578, f. 267v F-268r E.

457. CYRILLUS, ARCHIEP. IEROSOLYMORUM, *Catechesis quarta illuminandorum*, 34; ed. Retschl, Munich, 1848, pp. 126-128.

nus martyr, in Dialogo Adversus Triphonem ⁴⁵⁷ [f. 65r] et in oratione paraenetica ad graecos; Clemens Alexandrinus, 1.º libro Stromatum ⁴⁵⁸; Isidorus, 6 Etymologiarum, cap. 4 ⁴⁵⁹; Hilarius, in 2 Psalmum ⁴⁶⁰; Epiphanius, in fine sui operis ⁴⁶¹; et plures alii, referunt Ptolemaeum Philadelphum, regem Aegypti tertium ab Alexandro et secundum huius nominis (nam primus Ptolemacus inter reges Aegypti fuit pater huius atque Lagi filius) fuisse multum litteris hominibusque sapientibus, facisseque Alexandriae insignem quandam bibliothecam, in qua ex toto orbe terrarum voluit congregare libros insignes, etque praeposuisse Demetrium Phaleracum. Suasu vero huius Demetrii, qui ei significavit apud hebraeos esse libros suae religionis famosissimos, hebraea tamen lingua scriptos, manumissis (ut Iosephus, 12 libro Antiquitatum, cap. 2 ⁴⁶² refert) plus quam centum millibus captivorum quos pater suus ex Iudaea adduxerat; et missis magnificis donis in templum Ierosolymorum petivisse ab Eleazaro, qui tunc erat Summus Sacerdos, ita ad se mitteret libros sacros Legis, et varios interpretes ex tribubus singulis sapientes atque hebraeae et graecae linguae peritos, qui eos in sermonem graecum converterent; laetatumque Eleazarum hoc nuntio elegisse septuaginta et duos viros sapientes atque peritos in lege et gnaros utriusque linguae, senos ex singulis tribubus eosque cum voluminibus scriptis facere misisse ad Regem. Regem vero illis honorifice sumptis tentataque aliquibus interrogationibus perita eorum misisse illos in insulam Pharo, quae parum admodum distat ab Alexandria, ut ibi quietius exequi possent quod optabat. Et quo melius experiretur fidelitatem eorum in interpretando iussisse eos distribui singulos aut (ut alii volunt) binos per diversas cellas ita ut mutuo se non possent colloqui, dum [f. 65v] converterent Scripturas; accidisseque hoc miraculum a Deo: ut cum omnes coram Rege re parata

458. JUSTINUS, *Apologie I*, 31: ed. Rauscher² (Bonn, 1911-«Ptolemaeum Patriisticum», 2), pp. 58-60.

Las dos citas que trae en el texto Molina, sin embargo, no dicen lo que pretende demostrar. En el *Dialogus cum Tryphone iudaeo*, p. 2, n. 71, tan sólo afirma que los judíos no admiten la traducción de los LXX y que suprimen de ella algunos pasajes. Y para la *Cohortatio ad graecos*, al parecer no de Justino, véase la nota 496.

459. CLEMENS ALEXANDRINUS, *Stromatum*, lib. 1, c. 32: PE 8, 889.892.993

460. ISIDORUS, *Etymologiarum*, lib. 6, c. 3, n. 5 et c. 4, n. 18: PL 82, 236.

461. EPIPHANIUS PICTAVIENSIS, *Tractatus super Pentateuchum, in psalmum 2*, 28: CSEL 22, 388a.

462. EPIPHANIUS, *De LXX interpretibus Hebr.*: PG 43, 373-375.

463. IOSEPHUS FLAVIUS, *Antiquitates Iudaicae*, lib. 13, 2. ed. Niese, *Opera Omnia*. Berlín, 1955. t. 3, pp. 75-92

comparuissent afferentes singuli suas versiones et peritis multis astantibus lectae fuissent, inventae sint tam conformes ut non solum in sententiis et in verbis, sed etiam in collocatione verborum fuerint prorsus similes ita ut neque verbum unum fuerit plus in una quam in aliis, neque aliter collocatum. Regem vero et circumstantes stupefactos tanto miraculo intelligentesque scripturas illas esse divinas, quando eas Deus tanto miraculo confirmasset, in primis Deo, ut par erat, gratias egisse, deinde vero Regem iussisse eas conservari in magna veneratione statuissetque ut quotannis ludi et dies festi celebrarentur in memoriam tanti beneficii atque huius translationis admirandae legis iudaeorum in linguam graecam. Et Iosephus, vir iudaeus, loco citato, affirmat diem festum institutum fuisse a rege Ptolemaeo in memoriam huius translationis. Et hoc ipsum affirmat Philo, libro 2 De vita Moysis⁴⁶⁴, vir etiam iudaeus, Alexandriae natus et nutritus; Immo addit ludos etiam fuisse institutos et usque ad suum tempus celebrari in Pharo, ubi plures populi ad id conveniebant, seque illis interfuisse.

Libuit haec referre tot gravissimorum virorum tam celebri fama ac ipsorummet iudaeorum testimonio confirmata, ut intelligatur tum divina providentia hac in parte, tum etiam quanta sit autoritas translationis LXX interpretum, quantumque in ea praesidium habeamus adversus iudaeos. Missurus namque Deus Pater Filium suum in mundum, ut promiserat per prophetas, trecentos annos ante ipsius adventum movit potentissimum regem Ptolemaeum (neque enim tam a Demetrio quam a Deo credendum est fuisse motum) ut rei postea comprahavit eventus, ut pe[re]iret a Iudaeis Legem et interpretes iudaeos sapientissimos qui eam in graecum transferrerent sermonem, simulque eum movit ut interpretes per cellas divideret, ut qua via Ptolemaeus fidelitatem interpretationis conaretur experiri, eadem Deus interpretationem miraculo confirmaret, et simul etiam testimonio septuaginta duorum interpretum peritissimorum in eandem prorsus translationem convenientium. Movit praeterea Ptolemaeum ut diem festum et ludos in huius rei memoriam institueret, quo huius translationis autoritas celebrior esset et maior atque memoria diuturnior.

464. PHILO ALEXANDRINUS, *De Vita Moysis*, lib. 2, 41-44: ed. Wendland, Berlin, 1888, t. 4, p. 2088.

Dices: quid inde emolumentum fuit postea subsequutum, quo Deus haec ita praecordinaverit? Non simplum plane et leve. In primis namque praecidens Deus futurum ut quo tempore Christus in mundum veniret lingua graeca communis esset pene toti orbi (nam et inter latinis et inter hebraeos atque barbaras nationes communis esset, ut historiae testantur, quae causa fuit ut et Pilatus titulum quem cruci affixit graece etiam scriberet et ut pene totum Novum Testamentum etiam epistola ad Romanos graece scriberetur) paravit Deus hanc translationem tam celebrem et tot modis confirmatam quo expeditior esset promulgatio Evangelii, faciliusque homines adducerentur ad fidem collatione facta legis novae ad veterem et ad vaticinia quae de Christo erant, neque Iudaei haberent quid illi translationi opponerent quam omnes intelligerent. Deinde vero, ut omnes admittant, translatio LXX interpretum clarius adhuc resonant mysteria sanctissimae fidei nostrae quam littera hebraea clarusque convincit Iudaeos Deus enim ita illos inspiravit ut non de verbo ad verbum transferrent Scripturam, sed quasi paraphrastice transferendu sensum. Quaedam quae dicuntur addidisse ut clarius responderent sensum Scripturas, licet pauca, et (f. 66v) quaedam substituisse vel quod essent repetita vel ut accommodarent Scripturas gentibus quibus eas transferebant Spiritu Sancto eos regente et moderante linguas ipsorum. Unde Augustinus, 18 De Civitate Dei, cap. 43 et 2 De doctrina christiana, cap. 15^o: Siquidem, inquit,

465. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, c. 43: «Spiritus enim, qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta viris, quando illa interpretati sunt; qui profecto auctoritate divina et aliud dicere potuit, tanquam propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem Spiritus diceret, et hoc ipsum aliter, ut, si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret, et aliquid praetermittere et aliquid addere, ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere servitutem, quam verbis debebat interpret, sed divinam potius potestatem, quae mentem replerat et regebat interpretem. Nonnulli autem codices Graecos interpretationis Septuaginta ex Hebraeis codicibus emendandos putarunt: nec tamen auct sunt derivare, quod Hebraei non habebant et Septuaginta posuerunt: sed tantum modo addiderunt, quae in Hebraeis inventa apud Septuaginta non erant, eaque signis quibusdam in stellarum modum factis ad capita eorundem versuum notaverunt, quae signa asteriscos vocant. Illa vero, quae non habent Hebraei, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuum latentibus virgulis, sicut scribuntur cruciae, signaverunt [...] Si ergo, ut oportet, nihil aliud intussumus in scripturis illis, nisi quid per homines dixit Dei Spiritus, quidquid est in Hebraeis codicibus et non est apud interpretes septuaginta, noluit ea per istos, sed per illos prophetas Dei Spiritus dicere, quidquid vero est apud Septuaginta, in Hebraeis autem Codicibus non est, per istos ea maluit quam per illos idem Spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per

in lingua hebraea reperitur quod non in translatione LXX aut in translatione LXX quod non in lingua hebraica, cum et per autores qui Scripturam hebraice scripserunt et per LXX Spiritus Sanctus loquutus sit, voluerit per hos unum et per illud aliud, dicendi sunt unum per Esalam dicit, aliud per Jeremiam et aliud per alios prophetas.

Est et tertium emolumentum quod ex translatione LXX interpretum fuit subsequutum, videlicet quod ex hac translatione facile deprehenditur si quid a Iudaeis hostibus nostris vel fraude vel alia via depravatam est aut mutatum in littera hebraica commutatione litterarum scilicet vel superstitione aut adiectione alicuius litterae aut syllabae vel puncti adiectione non legitima qua in hebraeo designarentur vocales aut quavis alia via (quod facile est contingere in lingua hebraica plus quam in aliqua alia, ut Adamus in ea lingua peritus testatur). Inspecto enim sensu quem LXX peritissimi iudaei ante adventum Christi quando nulla erat suspicio reddiderunt in linguam graecam, facile inde deprehenditur si quid ex praedictis sit mutatum in textu hebraeo quod impediatur ne littera habeat tale sensum, quemadmodum ex textu hebraeo aut graeco facile deprehenduntur errata quae irreperunt in translationem latinam oscitantia et negligentia calographorum aut aliqua alia. Hac ergo via facile convincuntur iudaei testimonio non quocumque, sed gravissimorum autorum qui fuerunt ante adventum Christi, tum etiam collatione facta ad antecedentia et consequentia, nisi velint insanire. Hoc emolumentum late et docte explicat atque [f. 67r] exemplis illustrat Leo Castus, in disputatione de translatione Scripturarum quam praefixit Commentariis in Esaiam⁴⁶⁵, idque per multa capita, maxime cap. 19 et 20. Idem emolumentum inuit Hieronymus, in

alium alicuique prophetam vel alter eadem per hunc ac per illum dixit, ut voluit. Quidquid porro apud utrosque invenitur, per utrosque dicere voluit unus atque idem Spiritus; sed ita ut illi praecederent prophetando, isti sequerentur propheticos illos interpretando; quia sicut in illis vera et concordantia dicentibus unus pacis Spiritus fuit, sic et in istis non secum conferentibus et tamen inquam ore uno cuncta interpretantibus idem Spiritus unus apparuit: CChr 4h, 639, 28-640, 86.

465. *De doctrina christiana*. lib. 2, c. 15: CChr 32, 47a.

466. ANTONIO. El autor de las obras, a las que parece aludir Molina. *De vocabulis Biblicis. Expositiones prolegomenon Biblicae*, no es Adán de San Victor (cfr. Max MANNING, *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters*. Munich, 1931, p. 1032s), sino Guillermo el Bretón (cfr. DBS, 3, 1373s).

467. CASTUS. León, *Disputatio de translationibus Sacrae Scripturae*, c. 19 et 20: ed. c., nota 340, pp. 30-39.

prologo in Evangelistas ad Damasum⁴⁶⁶ quem reperies ante Evangelium Matthaei, dum inquit quibusdam non licuisse post LXX interpretes quicquam sinistro credere in toto Veteri Testamento; ubi inquit Hieronymus ob id non licuisse quia ex translatione LXX interpretum facile ipsorum error deprehenderetur.

Translationem LXX inter alios usi sunt iudaei in synagogis dispersis inter gentes per plures centenas annorum, tam ante adventum Christi quam post ipsius adventum, ut late ostendit Leo Castrus, loco citato⁴⁶⁷, eaque communis erat tempore Apostolorum, et ex ea communiter Apostoli et Evangelistae citarunt testimonia, quamvis et quaedam quae LXX omiserunt citarunt ex lectione hebraica, non solus Matthaeus qui hebraice scripsit, sed etiam Ioannes, quale est illud: *Flamma de ventre eius, fluent, sicut dicit Scriptura*⁴⁶⁸. Denique Theodoretus⁴⁶⁹, Cyrillus⁴⁷⁰ et plerique alij affirmant hanc translationem traditam atque relictam esse ab Apostolis ecclesiis. omnesque antiqui Patres tam graeci quam latini qui Hieronymum antecesserunt. eam exposuerunt in suis commentariis in Scripturam eaque perpetuo usa est Ecclesia tam graeca quam latina a tempore Apostolorum usque ad tempora Hieronymi; ut intelligas quantae autoritatis sit translatio LXX. Cumque Hieronymus in latinum sermonem transferret ex hebraeo Vetus Testamentum affirmans⁴⁷¹ translationem latinam ex graeco iuxta LXX qua tunc communiter utebatur Ecclesia latina, non omnino concordare cum littera [f. 67v] hebraea, sed in quibusdam deficere et in quibusdam redundare; Augustinus, 17 De Civitate Dei, cap. 45 et 2 De doctrina christiana, cap. 15⁴⁷² ac alibi; Rufinus⁴⁷³ ac alii se illi opposuerunt asserentes translationem Hieronymi non esse anteponendam translatione LXX interpretum, quam usque ad illud tempus amplexata est Ecclesia, et quae divinitus esset tradita. Addebatque

466. Hieronymus, Praefatio in Evangelio; Vulgata, ed. Weber, 2, 1515.

467. Cfr. nota 467. Véase el testimonio de Teodoro en el c. 12: e. c., p. 27.

470. Jn 7, 38.

471. Cfr. nota 458.

472. Cyrillus IERUSOLIMITANUS, Catechesis quarta illuminandorum, 35: ed. c., nota 455, p. 128.

473. Cfr., por ejemplo: Hieronymus, Epistola 57, II ad Pamphacium de optimo genere interpretandi: CSEL 54, 522, 16ss.

474. Augustinus, De Civitate Dei, lib. 18, c. 43: CChr 48, 830, 10-18 Id., De doctrina christiana, lib. 2, c. 15: CChr 32, 47, 12-48, 21.

475. Rufinus, Apologia te S. Hieronymum, lib. 2: PL 21, 612 A.

Augustinus⁴⁷⁶ quod esto admitteretur non intervenisse miraculum quod intervenit, neque LXX interpretes divisos transtulisse Scripturas, sed simul consultatione praevia; nihilominus iudicium LXX virorum peritissimorum in hebraica lingua praefendum esse iudicio et translatione unius privatae personae, qualis erat Hieronymus, tametsi peritus esset in hebraea, graeca et latina lingua.

Dices: Hieronymus saepe asserit LXX male veruisse errasseque in aliquibus locis; et in prologo in Pentateucum irridet eos qui existimant illos spiritu Dei pleno veruisse Scripturam in graecum sermonem, dicens⁴⁷⁷: «Nescio quis primus auctor septuaginta cellas Alexandriae mendacio suo struxit, quibus divisit eadem scriptitarent, cum Aristaeus et Iosephus historiam narrantes nihil tale retulerint. Refert etiam Hieronymus, ex Iosepho⁴⁷⁸, LXX solum Pentateucum veruisse, et id videtur affirmare Iosephus, 12 Antiquitatum, cap. 2⁴⁷⁹, cum dicat eos libros Legis transtulisse. Philo etiam, 2 libro De vita Moysis⁴⁸⁰, refert LXX transtulisse libros Moysis. Iudaei praeterea qui a temporibus Apostolorum videntes se clarus convinci versione LXX interpretum, exosam eam habent, conatque sunt eam reicere et enervare auctoritatem illius, affirmantque LXX interpretes errasse atque fuisse imperitos cederentque aliis quibus Hieronymus in prologo in Pentateucum⁴⁸¹ adhaesit, et quae proxime retulimus.

Dicendum nihilominus est quod licet Hieronymus id eo [f. 68r] in loco dixerit in defensionem suae translationis, neque sine aliqua apparentia, primo adpectu si attendas ad verba Iosephi, postea tamen longe aliter sensit retractasseque id quod prius dixerat in prologo in I in Paralipomenon, ubi ita inquit⁴⁸²: «Si septua-

476. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, 43: CChr 48, 629, 21, 1088. *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 16: CChr 32, 47, 12-48, 21.

477. HIERONYMUS, *Prologus in Pentateuco*, Vulgata, ed. Weber, 1, 3: «Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo extruxerit, quibus divisit eadem scriptitarent, cum Aristaeus eiusdem Ptolemaei *Hyperaspistes* et multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse» (l. c., lin. 25-29).

478. HIERONYMUS, *Liber Hebraicarum Quaestionum in Genesim, Praefatio*: PL 23, 965 B.

479. IOSEPHUS FLAVIUS, *Antiquitatum Iudaicarum*, lib. 12, 2: ed. Niese (cfr. nota 461), t. 3, § 13, n. 107, p. 90, 18-21.

480. PHILO ALEXANDRINUS, *De Vita Moysi*, lib. 2, 38-38: ed. r., nota 462, pp. 298-299.

481. Cfr. nota 477.

482. HIERONYMUS, *Prologus in I Paralipomenon*: Vulgata, ed. Abbatis S. Hieronymi in Urbe, t. 7, p. 3, 14.

ginta interpretum puta et ut ab eis in graecam versa est editio permaneret, superfluo me impelleres ut hebraea tibi volumina latino sermone transferrens. Et in prologo secundo, postquam dixit se in graecis et latinis codicibus invenisse plura nomina vitiose scripta, subiunxit⁴⁸³: «Neque hoc LXX interpretibus qui Spiritu Sancto pleni ea quae vera fuerunt transtulerunt, sed scriptorum culpa adscribendum est. Et in calce illius prologi⁴⁸⁴ affirmat LXX aliqua addidisse quae in hebraeis voluminibus non leguntur vel ob decoris gratiam vel ob Spiritus Sancti auctoritatem. Et in prologo in Iob, inquit⁴⁸⁵: «Ideo in hoc volumine laboravi non ut interpretationem antiquam LXX scilicet reprehenderem, sed ut ea quae in illa aut obscura aut vitio depravata erant manifestiora nostra interpretatione fierent». Et in Apologia adversus Rufinum⁴⁸⁶, quam constat fuisse editam post translationem Veteris Testamenti, se a puero translationem LXX didicisse eamque interpretatum semper fuisse; et pluries affirmat afflatu Spiritus Sancti esse scriptam. Atque idem, docet 2 libro De optimo genere interpretandi⁴⁸⁷, eamque in totum Testamentum Vetus ut LXX interpretum frequentissime citat.

Quod attinet ad Iosephum, dicendum est eum affirmare quidem eo in loco⁴⁸⁸ LXX interpretes transtulisse libros Legis; nomine tamen Legis intellexisse totum Vetus Testamentum, quod Lex dicebatur. Christus namque citans iudaels Iovannis 10⁴⁸⁹ testimonium ex Psalmis, dixit: *Nonne scriptum est in lege vestra quia ego dixi: deus estis?*

[I. 68v] Quod verum attinet ad Philonem, dicendum est quod cum ibi solum ageret de libris et vita Moysis⁴⁹⁰, affirmavit quidem eos miraculose esse scriptus a LXX interpretibus; non tamen negavit ceteros libros Veteris Testamenti ab eisdem esse transscriptos. Libet tamen hoc loco referre verba ista Philonis, ut scilicet ex testimonio huius maxime auctoritatis iudaei intelligatur quam vera sunt quae Patres supra citati narrant de translatione LXX in-

483. *Id.*, Prologus 2us. ed. Abb. s. Hieronymi, t. 7, p. 8, 14-15

484. *Id.*, *ib.*, p. 10, 2-3.

485. *Id.*, Prologus in Iob, Vulgata: ed. Weber, 1, 732.

486. HIERONYMUS, Apologia adversus libros Rufini, lib. 2, 24: PL 23, 468 D.

487. HIERONYMUS, Epistola 57, 11, ad Pammachium de optimo genere interpretandi: CSEL 54, 523, 30-13.

488. *Cfr.* nota 479.

489. *In* 10, 34

490. *Cfr.* nota 480.

terpretum. Is, 2.^o libro De vita Moysis, postquam narravit LXX interpretes manibus ad coelum levatis pelivisse ut coeptis faveret, ut si non tantum genus humanum, certe maxima pars institueretur ad bene vivendum illis praeceptis atque ita ad transferendum Legem advertisse, subiungit haec verba⁴⁹¹: «Tanquam nomine correpti prout postulabant, non alia aliis, sed omnes ad verbum eandem quasi copiam de tantis singulis invisibiliter». Et inferius, post multa in hanc sententiam, subiungit: «Quam ob rem hodie solennis celebritas renovatur in Pharo insula ad quam non tantum Iudaei, sed et alii plurimi trahunt locum veneraturi in quo primum visa est haec interpretatio et pro tanto beneficio quasi recenter acturi Deo gratias», etc. Et certe ex his quae Iosephus⁴⁹² et alii Iudaei narrant, aperte constat rem accidisse ut Patres supra citati affirmant, setuagintaque interpretes Vetus Testamentum transfulisse. Quorsum enim rex Ptolemaeus festum in memoriam translationis librorum Iudaeorum constituisset (quod Iosephus et Philo narrant⁴⁹³) et ludos eo die fieri constituisset, si nihil admirandum atque divinum in ea translatione accidisset? Tantumne fecissent infideles libros Iudaeorum ut in memoriam nuda translationis eorum festum quotannis fieri instituisent, quod neque ipsimet Iudaei ad quorum religionem spectabat, in memoriam nuda translationis fecissent? Certe divinum aliquid et admirandum in ea [I. 69r] translatione accidit neque aliud quam quod Patres supra citati narrant, et celebri fama atque traditione eo tempore erat notissimum. Adde quod si Ptolemaeus translationem solum quam fidei Iudaeorum transcribentium committere exoptaret, et non divinitus inspiratas fidem transcribentium vellet experiri, non opus habebat petere Iudaeos ex singulis tribubus, et multo minus ut ad se venirent, sed satis erat petere ut transcriberent libros graece in Iudaea eosque ad se mitterent. Praeterea, quis credat Demetrio solum subivisse Ptolemaeo avido congregandi copiam librorum in suam bibliothecam, ut solum peteret libros Moysis, et non alios quos Iudaei non minus habebant tanquam sacros atque divinos, et in quibus non minus elucebat sapientia quam in aliis, maxime cum eisdem sumptibus hos quoque putaret habere? Quis item credat Ptolemaeum quando rem tam admirandam vidit in translationem

491. PHILLO ALEXANDRINUS, *De Vita Moysis*, lib. 2, 37; ed. c., t. 4, p. 208, 1821.

492. Cfr. nota 479.

493. Cfr. notas 479 y 480.

librorum iudaeorum accidisse tantique rem coepit aestimare, ut diem festum et ludos institueret in memoriam eius translationis, non inquisisse an essent alii libri qui ad eandem religionem pertinerent eosque petivisset? Aut non esse aliquem qui ei suggereret alios quoque esse in quibus continerentur mirabilia quae Deus variis temporibus operatus erat in confirmationem illius religionis? Certe incredibile est, maxime cum et Iosephus, loco citato⁴⁹⁴ et Eusebius, libro 8⁴⁹⁵ narrent Regem admiratum interrogasse Demetrium qua ratione nullos poetarum aut historicorum de tot tantisque rebus gestis fecerit mentionem, Demetriumque respondisse legem hanc esse divinam, omnesque qui id attentarunt a Deo percussos resiliisse. Nam ego ipse, inquit, o Rex, a Theopompo auvidi cum attentasset nonnulla a Iudaicis scripturis transcripta graeca oratione exornare tur[f. 69v]batum fuisse illicourbatione quadam mentis magnoque studio Deum orasse ut ipsum doceret cuius rei gratia id sibi accidisse, audivisseque per somnium quia res divinas lenocinio iniquitatis edere voluisset. Et a Theodoro, tragoediarum poeta, audivi quod cum multa ex iudaeica scriptura ad fabulas convertere voluisset, luminibus fuit captus et persuasus id ea de causa sibi accidisse, multo tempore poenitentiam egisse atque ita sibi visum fuisse restitutum.

Haec certe sententiam Patrum mirum in modum confirmant, neque mirum est ducis illos Iudaeos Iosephum et Philonem, qui post adventum Christi fuerunt et cernebant suos tam clare convinci ex versione LXX interpretum, non de ea tam dilucide et exacte, ut par erat, fuisse loquutos. Immo mirandum est eos de ea re scripsisse quae scripserunt, maxime cum nihil contrarium veritati affirmaverint et cum constet nullum esse hoc argumentum: talis vel talis historiographus hoc vel illud in particulari non expressit; ergo non contingit, cum sit argumentum ab autoritate negativa. Adde quod translatio graeca Veteris Testamenti LXX interpretum usque in hodiernum diem exstat, semperque fuit traditio illam esse quam LXX fecerunt, et quod Apostoli ex illa de verbo ad verbum eltarunt testimonia; tum etiam Dionysius Areopagita caeterique patres qui fuerunt tempore Apostolorum. Et Iustinus martyr, vicinis temporibus Apostolorum, in Dia-

494. Cf. nota 478.

495. EUSEBIUS, *Preparatio evangelica*, lib. 8, c. 5, 7-10: OCS 43/1, 426, 8-427, 2.

logu adversus Tryphonem Iudaeum⁴⁹⁶ ex illa convincit Iudaeos opponens illis suos LXX interpretes ante adventum Christi ita vertisse, et affirmans in Pharo adhuc exstare et se vidiase vestigia cellularum in quibus miraculose Scripturam verterunt. Quis autem credat tantam fuisse imprudentiam in sanctissimo patri [f. 70r] terque sapientissimo Iustino martyre ut auderet eo tempore id scriptis affirmare et opponere Iudaeis, nisi esset comperitissimum maxime cum eo tempore constaret facile veritas huius rei? Quandoquidem ante tempora Apostolorum non est credendum fuisse ullam versionem Veteris Testamenti quam LXX interpretum. Chrysostomus etiam, cuius verba refert Eugubinus, loco citato⁴⁹⁷, affirmat libros Prophetarum a LXX translatos usque ad sua tempora servari in templo Serapidis. Haec de translatione Septuaginta.

Post LXX interpretes, fere quingentis annis, tempore Sixti Summi Pontificis, transtulit secundo Aquila Vetus Testamentum de hebraeo in graecum sermonem. Hic (ut Epiphanius, 3 libro Adversus Haereses⁴⁹⁸; Theodoretus⁴⁹⁹ et plerique alii referunt) ponticus fuit, et primo ad fidem conversus. Cum admonitus ne vane crederet astrologiae non resipisceret, ab Ecclesia fuit eiectus, unde occasionem sumpsit apostandi a fide et transeundi ad Iudaeos. Circumcisus ergo atque proselytus factus, cum linguam hebraeam diligenter didicisset, sinistra intentione transtulit Scripturam, adhaerens nimis verbis hebraicis conatusque avertere et obscurare testimonia quae erant de Christo atque infirmare versionem LXX.

Tertio (ut referunt iidem auctores) Symachus, tempore Severi, transtulit idem Testamentum in graecum sermonem. Hic, cum esset samarita et a suis ad honores quos cupiebat non ascisceretur, iratus transiit ad Iudaeos a quibus samaritani et in cultibus et in Scripturis et in ritibus aliquantulum differebant; et circumcisus secundo in odium Samaritanorum, ut ostenderet

496. Cfr. nota 468. PseudoIUSTINUS, *Cohortatio ad Graecos*, 13: PG 5, 265-268.

497. Cfr. nota 456.

498. IRENAEUS, *Adversus haereses*, lib. 3, c. 21: ed. Harvey, c. 23, t. 2, p. 110 (PG 7, 945).

EPHRAEMUS, *De LXX interpretibus liber*: PG 43, 376 C; *Liber de mensuris et ponderibus*, 11: PG 43, 281 A.

Io. *Chronicon Alexandrinum*, 132: PG 92, 617.

499. *Garnerii Auctarium ad Opera Theodoretii*, ad tom. I: PG 84, 28 C.

mendaces esse eorum scripturas, transtulit iterum Vetus Testamentum in graecum sermonem.

Quarto, Theodotion transtulit idem Testamentum. Hic potius erat sectator haeresis Marcionis, ab ea vero ad Iudais[is] [f. 70v]mum declinans, circumcisus atque edoctus linguam hebraicam transtulit etiam Vetus Testamentum in graecum sermonem in odium sectae quam prius fuerat sequutus.

Post has, fuerunt duae aliae translationes, ut autores citati referunt, quae quod earum autores fuerunt ignoti, quinta et sexta translatio dictae sunt. De utraque fertur quod fuerit reperta in dolo; ea quidem, quae quinta dicta est, in Jericho; alia vero in Neapoli.

Origenes opus quoddam fecit in quo per sex columnas praedictas sex versiones contulit et collocavit unam e regione alterius; quod opus *Exaplas*, id est sextuplum appellatur.

Fuit etiam septima translatio Luciani martyris, qui propter translationes hostium Christi obortas conatus est et ipse transferre Vetus Testamentum in graecum sermonem.

Ut vero Augustinus, 18 De Civitate Dei, cap. 43⁵⁰ ceterique referunt, usque ad sua tempora translatio LXX ita ab Ecclesia latina et graeca recepta fuit, quasi sola esset; pluresque graecorum populorum affirmant Augustinum ignorare an aliqua alia sit. Quare usque ad illa tempora inter christianos non erat usus allarum translationum, nisi ad melius intelligendam translationem LXX collatione facta ad id quod ceteri transtulerunt. Haec de translationibus Veteris Testamenti in graecum sermonem.

Quod vero attinet ad eiusdem Testamenti translationes in latinum sermonem, sciendum est primam translationem, ut Augustinus, loco citato⁵¹ et alii referunt, non fuisse ex hebraeo in latinum sermonem, sed ex graeco iuxta translationem LXX quae receptissima erat et tanquam divinitus data habebatur ac perpetuo usque ad tempora Hieronymi usa est. Ecclesia latina tanquam communi et vulgata editione; quis autem fuerit Interpres, non dicitur. Post hanc surrexerunt tot latinae translationes, ut Augustinus, 2 [f. 71r] De Doctrina christiana, cap. 11⁵² dicat: «Qui Scripturas ex hebraica lingua in graecam verterunt numerari

50. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 18, c. 43: CChr 48, 639, 5-10

51. *Id.*, *ib.*, p. 639.

52. *Id.*, *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 11, 16: CChr 32, 42, 2-6. 21-23.

possunt, latini autem interpretes nullo modo. Nullam tamen earum recepit Ecclesia latina; Augustinusque non inutilis eas indicavit ut collatione plurium interpretationum facilius perciperetur sensus in versione illa antiqua, quam aliis praefert, cap. 15 sequenti⁵⁰³.

Hieronymus (ut Eugubinus, loco citato⁵⁰⁴, refert) duas translationes latinas edidit, alteram emendando veterem latinam translationem iuxta textum graecum versionis LXX interpretum addendoque illi ea quae ex hebraeo LXX interpretes omiserunt, signandoque asteriscis, hoc est stellis quibusdam ea quae iuxta textum hebraeum addebat, et obeliscis, hoc est lineis transversis, ea quae in littera hebraea non erant et LXX interpretes addiderunt. Alteram vero transferendo Vetus Testamentum ex hebraeo iuxta litteram atque veritatem hebraicam, motus ex eo quod translatio LXX saepe non tam verba quam sensum paulo explicatius referebat, et quod interdum nonnulla mittebat, tum etiam ut Latini textum iuxta litteram hebraeam haberent unde Iudaeos possent convincere quando calumniarentur non esse in littera hebraea ac LXX transtulerunt, atque ut iuxta litteram hebraeam integros et incontaminatos redderet sensus, quos hostes Christi in suis versionibus obscurare et occultare fuerint conati; atque aliis de causis similibus.

Has autem duas translationes latinas edidisse Hieronymum constat ex epistola quadam Hieronymi ad Augustinum, ubi ita inquit⁵⁰⁵: «Quod autem in aliis quaeris epistolis cum prior mea in libris canonicis interpretatio asteriscus habeat et virgulas praerotas, et postea aliam translationem absque his figuris ediderim, pace tua dixerim videris mihi non intelligere quod quaesisti; illa enim interpretatio [f. 71v] LXX interpretum est, et ubi obeli sunt significatur quod LXX plus dixerint quam habetur in hebraeo. Ubi autem asterisci ex Theodotionis editione ab Origine additum est, et ibi graeca transtulimus, hic vero de ipso hebraeo quod intelligebamus expressimus...» In Apologia item adversus Rufinum, ita inquit⁵⁰⁶: «Ego ne contra LXX aliquid sum loquutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos meae linguae studiosis dedi. Atque hoc prae oculis est habendum ut

503. *ib.*, *ib.*, c. 15: *ib.*, p. 47, 28-28

504. *CIP.* nota 456.

505. Hieronymus, *Epistola 112, 19 ad Augustinum*: CSEL 51, 389.

506. Hieronymus, *Apologia adversus Rufinum*, lib. 2, 24: PL 27, 468 C-D.

intelligatur quando Hieronymus loquitur de una et quando de alia.

Dubium quoddam superest examinandum, utrum videlicet Vulgata latina editio Veteris Testamenti qua hodie utitur Ecclesia et quam approbavit Concilium Tridentinum⁵⁰⁷ sit haec secunda translatio Hieronymi ex hebraeo? Erasmus⁵⁰⁸ et quidam alii arbitrati sunt non esse translationem Hieronymi, sed vel esse quandam aliam vel translationem Hieronymi variatam permutatione facta ab aliquo alio. Potissimum vero argumentum istorum est quod Hieronymus in Quaestionibus hebraicis et in aliis locis saepe emendat aliquos iuxta veritatem et litteram hebraicam quae habentur in hac versione. Dicendum nihilominus est esse translationem Hieronymi; excepto tamen libro Psalmorum, cuius translatio, qua hodie utitur Ecclesia, est LXX interpretum emendata per D. Hieronymum. Primum horum, inter alios, affirmant Titelmannus, in prologo apologetico in defensionem editionis vulgatae⁵⁰⁹, quem praefixit Dialogis in epistolam ad Romanos; Leo Castus, loco citato, cap. 10⁵¹⁰ et Eugubinus, in tractatu de editione vulgata an sit divi Hieronymi⁵¹¹, probaturque id plurimis et efficacissimis argumentis, quae ne multus sim non refero. Et certe ante Erasmus, cuius ingenium fuit levibus etiam coniecturis omnia in dubium revocare, res haec erat indubitata.

Secundum vero, translationem scilicet Psalterii qua hodie utitur [f. 72r] Ecclesia non esse divi Hieronymi, sed esse illam antiquam iuxta LXX interpretes qua ante tempora Hieronymi utebatur Ecclesia quamque Hieronymus ipse in prologo in Psalterium⁵¹² affirmat se his emendasse, est notissimum et receptissimum. Exstat enim translatio divi Hieronymi Psalmorum ex he-

507. Concilium Tridentinum, sess. 4, *Decretum de libris sacris et de traditionibus recipiendis*: DS²⁴, 1594 (Conc. Oecum. Decreta³, 664, 12-16).

508. ERASMIUS, *Annotationes in Epistolam ad Ephesios*, c. 5: ed. c., 850 C.D.

509. TITELMANNUS, *Collationes quinque super epistolam ad Romanos beati Pauli Apostoli...*, Prologus apologeticus pro veteri et ecclesiastica novi testamenti interpretatione, Amberg, 1529, s. f. (et prologo).

510. CASTUS, LEON, *Disputatio de translationibus sacrae Scripturae*, c. 10: e. c., pp. 17-20.

511. SYRICO, AUGUSTINO (EUGUBINUS), *Vulgata editio an sit divi Hieronymi*: ed. c., DOLA 454, f. 267v-277v.

512. HIERONYMUS, *Prologus in libro Psalmorum*: Vulgata, ed. Weber, I, 787, 1-17.

braeo quae ab ista multum distat, licet nihil in sententia, ut Hieronymus ipse affirmat⁵¹³, sed in verbis. Commentaria item Hieronymi in Psalmos non sunt in suam versionem, sed in hanc aliam antiquam. Hieronymus praeterea eius fuit sententiae, antiquam scilicet Psalmorum translationem retinendam et decantandam esse publice in ecclesiis propter ipsius antiquitatem et auctoritatem. Ita enim de Psalterio loquens ait ad Sunniam et Fretelem⁵¹⁴: «Hoc quod LXX transtulerunt propter vetustatem in Ecclesia cantandum est, et illud ab eruditis sciendum propter notitiam». Atque ut Hieronymus censuit, ita hac in parte in Ecclesia factum est.

Ad argumentum ergo aliorum, dicendum est Hieronymum ipsum re postea attentius considerata mutasse in sua versione quae aliquando censuit aliter esse vertendam translationem quam ut eam hodie habemus, reliquisse nobis tanquam suam ultimam voluntatem. Leo Castrus, capite IIIo 10^o, citat quaedam loca divi Hieronymi ubi corrigit suam versionem atque censet vertendum ac ipse antea putaverat; et certe ante suam mortem credendum est mutasse quaecumque mutata inveniuntur. Ecclesia ergo ducta illis rationibus quibus Hieronymus motus est ad transferendum Vetus Testamentum iuxta litteram hebraicam, amplexata est translationem divi Hieronymi, relinquens versioni LXX suam auctoritatem qua uti liceret ad convincendum Iudaeos testimonio suorum tam authenticis et tam alieno ab omni suspitione, et ex qua liceret conicere sensum versionis iuxta litteram hebraicam. Augustinus praeterea, licet prius putarat non esse am[pl.]ectendam translationem Hieronymi, postea tamen expertus praestantiam illius promissive ex ea et ex translatione LXX citavit testimonia. Libro etiam 18 De Civitate Dei, cap. 43^o quando putabat non esse amplectendam translationem Hieronymi, affirmavit hebraeos illius temporis testari eam esse verissimam reddereque exactissime litteram hebraeam. Quod testimonium prae oculis est habendum adversus innovatores et multiplicatores versionum iuxta litteram hebraeam cupantium minuire auctoritatem editionis Vulgatae et calumniantium eam in

513. In *ib.*, p. 767, 13-14.

514. Hieronymus, *Epistola 100, 26. ad Sunniam et Fretelem de Psalterio*. CSEL 55, 270, 3-5.

515. Cf. nota 510.

516. Cf. nota 501, p. 639, 13-15.

multis discordare a textu hebraeo. Pelicanus etiam haereticus quidem, sed peritissimus in lingua hebraea et qui propriam versionem fecit Veteris Testamenti iuxta litteram hebraeam, patam nostris temporibus (ut Cochleus in replica adversus Belingerum refert⁵¹⁷) confessus est sed tandem post multum studium intellectis dialectis et tropis linguae hebraicae intellexisse interpretem editionis Vulgatae summa cum dexteritate et eruditione fidelissime transulisse litteram hebraicam, adeo ut non dubitet affirmare cum eruditissimum ac piissimum et vere prophetali spiritu plenum fuisse.

Illud superest admonendum, quod licet Hieronymus translationem quae est iuxta LXX interpretes appellet veterem et communem seu vulgatam; et Gregorius, in epistola ad Leandrum⁵¹⁸ (quae est prologus Moralium) cap. 5, eandem translationem appellet etiam veterem et Hieronymi novam, dicens iuxta utramque se citaturum testimonia; et alii etiam quaesierunt aliam viam temporibus Hieronymi eodem modo loquendi utantur eo quod translatio Hieronymi revera tunc esset nova; nihilominus iam hodie, cum a tot annis recepta sit in Ecclesia ea est quae vetus et Vulgata editio dicitur. Illa vero alia quae quondam vetus et communis translatio dicebatur, dicitur [I. 73r] hodie translatio iuxta LXX interpretes. Haec de translationibus Veteris Testamenti.

Quod attinet ad translationem Novi, cum Apostoli et Evangelistae fere totum Testamentum Novum graece scripserint, solum dicendum est de translationibus in latinum sermonem. Fuit ergo antiqua quaedam translatio qua communiter usa est Ecclesia latina usque ad tempora Hieronymi, cuius autor quis fuerit ignoratur, tametsi et doctissimus et Spiritu Dei plenus fuisse credatur. Post hanc, plures surrexerunt, quae erant temporibus Hieronymi et Augustini; hac tamen sola communiter utebatur Ecclesia.

Dubium est modo, utrum ea qua communiter utitur hodie Ecclesia latina sit illa eadem qua utebatur ante tempora Hieronymi, an alia a Hieronymo edita? Ad quod breviter cum Titelmanno, in Apologia citata⁵¹⁹, et cum plerisque aliis, dicendum est esse

517. COCHLAEUS, *Replica adversus Belingerum* (?).

518. GREGORIUS MAGNUS, *Epistola ad Leandrum*, c. 5: PL 75, 516C.

519. TITELMANNUS, *op. cit.* 508.

illam eandem emendatam tamen et castigatam iuxta graeca exemplaria a Hieronymo iussu Damasi Papae, neque Hieronymum de sua novam fecisse translationem Novi Testamenti. Quod dicimus patet primo, ex Isomet divo Hieronymo, in prologo ad Damasum in principio Novi Testamenti⁵²⁰, ubi hoc ipsum affirmat dicitque se tantum corrigisse quae sensum videbantur immutare. Patet secundo, ex eodem Hieronymo, in fine libri de Scriptoribus Ecclesiasticis⁵²¹, ubi sua opera connumerans, ita inquit: «Novum Testamentum graecae fidei reddidi, Vetus iuxta hebraicam transtulit»; ubi vides eum affirmare se fecisse translationem Veteris Testamenti, non vero Novi, sed Novum emendasse iuxta codices graecos.

Ex haecenus dictis, facile erit intelligere veterem Vulgatam latinam editionem qua hodie utitur Ecclesia et quam approbarit Concilium Tridentinum⁵²², quoad totum Vetus Testamentum [l. 73v] libro Psalmorum excepto, esse translationem antiquam iuxta LXX interpretes per Hieronymum emendatam; et quoad Novum Testamentum esse etiam illam antiquam quae erat ante Hieronymum, per Hieronymum, iussu Damasi, emendatam.

**Utrum standum sit Vulgatae latinae editioni si quando
in Veteri Testamento a littera hebraea aut in Novo
a graeca reperiatur discordare.**

Disputatio II

In partem negativam, quod standum tunc non sit Vulgatae latinae editioni, arguitur in hunc modum: quia Augustinus, in epistola quadam ad Hieronymum⁵²³, et refertur cap. Ut veterum d. 9⁵²⁴, ita inquit: ut veterum, id est, Veteris Testamenti

520. Hieronymus, *Prologus in Evangelio ad Damasum*: Vulgata, ed. Weber, 2, 1515s.

521. Hieronymus, *De viris illustribus*, c. 135: PL 23, 758s.

522. Cf. nota 507.

523. Puede referirse a la Epístola 71, 6: CSEL 34, 263, 17-254, 6. O a la Epístola 82, 34s: CSEL 34, 385s. En ambas habla de que tiene una buena traducción latina de los LXX a la que atenerse, dada la multiplicidad que de ellas existen en su tiempo.

524. *Corpus Iuris Canonici, Decretum Gratiani*, c. 6, D. IX: ed. Friedberg, 1, 17.

librorum fides de hebraicis voluminibus examinanda est, ita novorum veritas graeci sermonis normam desiderat. Et ad id est quod dicit 2 De doctrina christiana, cap. 15⁵²⁵. Hieronymus etiam, in epistola ad Marcellam⁵²⁶, Hieronymus etiam, in epistola ad Marcellam⁵²⁷ et in epistola ad Damasum de verbo Osanna⁵²⁸, et contra Elvidium⁵²⁹ et super cap. 8 Zachariae⁵³⁰ in eadem prorsus est sententia: et reddit rationem: quia, inquit, purior est unda fontis quam rivuli. Notum est fontes intelligere litteram hebraicam in Veteri Testamento et graecam in Novo, unde tanquam rivulus translatio latina derivata est.

Sit vero prima conclusio: In nostra Vulgata latina editione nihil esse ad substantiam fidei pertinens, ad praecepta evangelica vel ad mores, quod vel falsum sit vel contrarium fontibus hebraicis aut graecis in sua puritate quales ab Spiritu Sancto emanarunt primoque dictata sunt. Haec est Dridonis, De ecclesiasticis dogmatibus, libro 2, cap. 1 prope medium, propositione 2⁵³¹ (scripsit vero autor librum illum ante Concilium Tridentinum); est et Cansi, 2 De locis, cap. 13⁵³²; et plu[r]imum aliorum; eamque cum minimum intendit Concilium Tridentinum, sess. 4⁵³³, in his quae inferius referemus. Quare plus quam temerarium et periculosum esset eam negare. Quando ergo editio Vulgata in sensu non discrepat a fontibus graecis aut hebraicis constat rem utrobique significatam esse de fide. Quod si aliquando in his quae ad substantiam fidei, ad praecepta evangelica aut ad mores pertinent editio Vulgata castigata et pura discreparet in sensu ab aliquo codice graeco aut hebraico, tunc codex graecus aut hebraicus utpote mendosus aut vitiosus castigandus esset iuxta editionem Vulgatam, et non contra editio Vulgata iuxta illum.

525. AUGUSTINUS, *De doctrina christiana*, lib. 2, c. 15: CChr 33, 48, 26-33. Dico que también los libros del A.T. a graecorum auctoritate emendandi sunt, et eorum potissimum qui cum Septuaginta essent, ore uno interpretati esse pertibentura.

526. HIERONYMUS, *Epistola 37. 1 ad Marcellam*: CSEL 54, 22c, 5-19.

527. HIERONYMUS, *Epistola 20. 2, ad Damasum*: CSEL 54, 104s.

528. Id., *Adversus Helvidium de Mariae virginitate perpetua*, 3: PL 23, 200 D-201 A.

529. Id., *Commentarii in Zachariam prophetam ad Eusebium Tolosanum episcopum*, lib. 2, c. 6, v. 14-19. PL 25, 1546 D.

530. DRIDON, *De ecclesiasticis scripturis...*, lib. 2, c. 1, prop. 2: ed. c., I. 35v D-36r A.

531. CANSI, *De locis*, lib. 2, c. 13: ed. Serry c., I. 116ss.

532. Cfr. nota 507: DS⁹¹, 1504.

Hæc conclusio, præter definitionem Concilii Tridentini qua sess. 4^{ta} approbavit ut authenticam editionem latinam Vulgatam præcipiendo ut nemo quovis pretextu eam reicere auderet aut præsumeret, probatur primo, quia Ecclesia latina, in qua est caput Ecclesiae et quae vel sola retinet veram fidem cuique Spiritus Sanctus assistit, plus quam a mille annis utitur hac editione Vulgata. Si ergo in ea quoad ea quae pertinent ad substantiam fidei, præcepta evangelica et mores contineret aliquid falsum et in sensu dissonans a fontibus hebraicis et graecis quales ab Spiritu Sancto emanarunt primoque dictata sunt, sequeretur illam in re gravi fuisse deceptam fefellisseque Christi fideles: quod impium est affirmare aut credere et blasphemum in Spiritum Sanctum. Quare ex Scriptura constat ut assistere eamque custodire. Tunc enim admittendum esset Spiritum Sanctum hac in parte dormitasse aut dormisse contra illud: *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel*⁵³³, hoc est, veram Ecclesiam, qualis antea erat Synagoga et modo est Ecclesia christiana; neque verum esset Ecclesiam esse columnam et firmamentum veritatis, præ[f. 74v]valuisseque portae inferi adversus eam contra promissionem Christi⁵³⁴.

2.^o Non solum doctores ecclesiastici in scholis et in suis scriptis abhinc 400 annis, sed et ceteri etiam Doctores abhinc mille annis Scriptura Sacra utentes ex editione Vulgata confirmaverunt et ostenderunt dogmata fidei eaque quae ad præcepta evangelica et ad mores pertinent et contrarias haereses atque errores confutaverunt et damnaverunt cementibus et annuentibus Summis Pontificibus neque reclamantibus viris peritissimis in lingua graeca atque hebraica qui semper fuerunt in Ecclesia Dei. Ipsi etiam Pontifices et Concilia provincialia et generalia ex eadem Scriptura ut habetur in Vulgata latina editione idem fecerunt, cum tamen in conciliis generalibus credendum sit nunquam defuisse viros peritissimos graecae et hebraicae linguae. Cum ergo dicendum non sit Ecclesiam in suis definitionibus errasse, tantumque laborem fuisse cassum et manem, affirmandum erit editionem Vulgatam nihil continere falsum aut contrarium fontibus graecis et hebraicis in sua puritate in his quae ad substantiam fidei, ad præcepta evangelica et ad mores pertinent. Quare, si qua varietas reperiretur in codicibus graecis aut hebraicis hac

533. Sal 120, 4

534. Cfr. 1 Tim 3, 15 y Mt 18, 18.

in parte non iuxta illam emendanda esset editio Vulgata, sed iuxta editionem Vulgatam quam conservavit Ecclesia, in qua fuit semper vera fides et assistentia Spiritus Sancti, emendanda esset varietas illa codicum graecorum aut hebraicorum, quando quidem vitium codicum esset et non varietas graeca aut hebraea. Ut vero haec argumenta sequentem conclusionem confirmant, ita ex dicendis haec conclusio manebit magis confirmata.

Sit ergo 2.^a Conclusio: Editio latina Vulgata absolute et in omnibus est magis authentica quam sint codices graeci et [5. 75r] hebraei, ita ut si quae reperiatur discrepantia in sensu inter ipsam et codices graecos aut hebraeos (etiam in rebus neque ad substantiam fidei neque ad mores pertinentibus) standum sit potius editioni Vulgatae quam codicibus graecis aut hebraeis. Ut vero quod dicimus fiat manifestius sit hoc exemplum: ubi Genesis 8^{um} in editione Vulgata de corvo habetur; *qui egrediebatur et non revertebatur donec sicarentur aquae*, codices hebraei, qui modo sunt, communiter habent: *qui egrediebatur et revertebatur donec sicarentur aquae*. Dico ergo haec in parte standum esse editioni Vulgatae et non codicibus hebraeis, quia credendum est illos errore transcribentium aut caleographorum vitiatos esse aut errore alicuius qui voluit plus sapere quam oporteret sapere et putavit detrahendam esse negationem propter verba illa «donec sicarentur aquae», aut certe malitia alicuius ut a codicibus quibus utebantur christiani detraheret auctoritatem.

Conclusio proposita probatur, primo ex Concilio Tridentino, sess. 4, ubi illa habetur⁵³⁵: «Eadem sacrosancta synodus considerans non parum utilitatis accrescere posse Ecclesiae Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quae circumferuntur sacrorum librorum, quatenam pro authentica habenda sit innotescat, statuit et declarat ut haec ipsa vetus et Vulgata editio quae longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus et praedicationibus et expositionibus pro authentica habeatur, et ut nemo illam rescire quovis praetextu audeat aut praesumat». Dices: Ecclesia in hac definitione non praefert editionem Vulgatam codicibus graecis et hebraeis, sed translationibus latinis, quae circumferuntur; statutum et declaratum esse

⁵³⁵. Gr. 8, 7.

⁵³⁶. Concilium Tridentinum, sess. 4, Decretum secundum: DS⁵³, 1506 (Cone. Dec. Decreta^o, p. 684, 23-29).

inter omnes hanc esse habendam pro authentica; ergo ex hac definitione Ecclesiae non probatur standum esse¹ potius editioni [f. 78v] Vulgatae quam codicibus graecis aut hebraicis, ubi ab editione Vulgata discrepaverint. Dicendum est nihilominus hoc ipso praefert eam ceteris translationibus quae eo praetextu ab ea discrepaverint quod aliter habeatur in codicibus graecis aut hebraicis, praefert etiam eam codicibus hebraicis et graecis unde illae translatae sunt. Praeterea, cum absolute pronuntiet et statuat habendam esse pro authentica et praecipiat ut nullus quovis praetextu eam relictere audeat aut praesumat, utique statuat praefendam esse codicibus hebraicis et graecis quando in sensu ab ea comperiantur discordare; alias, aliquo praetextu ticeret eam relictere possetque non haberi pro authentica, hoc videlicet quod aliter habeatur in codicibus graecis aut hebraicis.

Rationes quibus adducta videtur Ecclesia ad huc statuendum (praeter alias quibus confirmavimus praecedentem conclusionem) hae, inter alias, videntur esse: quod si ad divinam providentiam aspicias et ad assistentiam Spiritus Sancti, qua corpus Ecclesiae regitur et gubernatur, procul dubio concedendum est puritatem Scripturarum in quibus res fidei continentur, comitari veram Ecclesiam et veram fidem. Quare, sicut Deus iudaeis, quando in eis vera erat Ecclesia, tradidit Scripturas puras in ipsorum lingua; et in adventu Christi (quando pro incredulitate iudaeorum Ecclesia potissimum futura erat inter gentes, quibus eo tempore quasi communis erat graecorum lingua) tradidit Ecclesiae christianae Testamentum Novum fere totum graece scriptum, suaeque providentia illi paravit translationem illam celebrem et authenticam Veteris Testamenti LXX interpretum; ita quando futurum erat ut Ecclesia latina (in qua caput totius Ecclesiae collocavit) fere sola maneret diffusa per [f. 78r] orbem, eodem providentia illi tradidit beatum Hieronymum in lingua graeca, latina et hebraica peritissimum, quem mira sanctitate atque zelo fidei insignivit, interiusque illustrasse huc in parte atque adluisse videtur ut Scripturam Sacram post tot versiones nobis certam latino sermone relinqueret, puram eam transferendo ex hebraeo iuxta hebraicam veritatem, et partim eam emendando aut limando iuxta graecam. Neque enim Hieronymo aut peritissia in omnibus talibus linguis defuit aut religiosus fideique zelus aut diligentia aut

1. Mss: est.

copia codicum atque exemplarum tam graecorum quam hebraeorum quos consuleret. Neque etiam credendum est illi deluisse divinum auditorium atque illustrationem hae in parte, si et ad divinam providentiam et ad curam quam de sua ecclesia semper habuit et ad sanctitatem et zelum Hieronymi aspicias. Quare procul dubio credendum est temporibus Hieronymi Scripturam Sacram stabilimentum in latina lingua divino munere accepisse cui se tota Ecclesia committere posset; quod et testatur Ecclesiam abhinc mille annis tanto consensu eam recepisse et tam secure se illis commisisse in confirmandis et statuendis dogmatibus fidei et relinendis atque damnandis contrariis erroribus, cum tamen in Ecclesia latina nunquam peritissimi viri defuerunt in graeca, latina atque hebraica lingua. Unde B. Gregorius ante annos nongentos, 2 Moralium, cap. 24^m, secure credenda putavit quaecumque in hac latina versione Hieronymi continentur. Quare, cum haec editio in vera Ecclesia fuerit condita atque conservata, codices autem graeci aut hebraei a iudaels hostibus nostris atque a graecis qui a fide magna ex parte defecerunt et in varios erro[re]s incidere inciderunt custoditi sint atque ab eis maxima ex parte derivati, fit ut si quae hodie discrepantia inter nostram editionem Vulgatam et codices graecos aut hebraeos in sensu reperitur, standum potius est editioni Vulgatae quam codicibus graecis aut hebraeis, quos credendum erit vel errore transcribentium vel inscitia emendantium vel malitia adversariorum fuisse depravatos. Atque ut ex uno exemplo in reliquos idem iudicium feratur, quis credat non dici B. Hieronymum virum sanctissimum et peritorem in lingua hebraica quam fuerunt rabini omnes qui effloruerunt his 400 annis, sed quemcumque in lingua hebraica mediocriter eruditum translaturum Genesis 8 de corvo qui egrediebatur et non revertebatur, si in codice hebraeo unde transtulit aut in pluribus codicibus hebraeis quos tunc contulit et consuluit non esset illa negatio? Certe stultitia est id cogitare. Si ergo tempore Hieronymi codices aut omnes aut plures habebant negationem, et id ut certius elegit tunc Hieronymus quadratque consequentibus de missione columbae post corvum ut intelligeret Noe an iam essent sicatae aquae, quorsum hodie quod codices hebraei communiter careant illa negatione perturbamur et credemus nostram editionem Vulgatam emendam

esse iuxta codices hebraicos, et non potius existimabimus codices hebraicos emendatos esse iuxta nostram editionem? Certe stultum est oppositum cogitare non solum loco citato, sed etiam ubicumque textus hebraeus aut graecus tam clare discrepaverit in sensu ab editione Vulgata, ut id non potuerit latere virum medioeriter eruditum in litte[r]is hebraicis aut graecis qualis fuit qui tali codice uteretur. Quare videndi sunt textus hebraici aut graeci qui a nostra editione comperientur discrepare, et multo magis qui iuxta illos iudicaverint emendam esse nostram latinam editionem putaverintque reprehendum atque taxandum esse nostrum interpretem vel inscitiae vel oscitantiae. Adde quod loco illo citato non solum Hieronymus transtulit qui *eprediebatur et non revertebatur*, sed etiam ante illum LXX interpretes 300 annis ante adventum Christi. Adde praeterea quod ita legunt locum illum, praeter Hieronymum, in Dialogo contra Luciferianos⁵³ et in epistola ad Oceanum⁵⁴, Cyprianus, in epistola ad Novationum⁵⁵, quod lapsis non est spes veniae danda; Ambrosius, De Noe, cap. 17⁵⁶; Augustinus, tractatu 6 in Ioannem⁵⁷; Isidorus⁵⁸ et Chrysostomus in Genesim⁵⁹; Eusebius, in Canonicis⁶⁰; et communiter Doctores graeci et latini. Non ergo est quod commoveamur. Esto omnes textus hebraici, qui modo inveniuntur, careant negatione; censendumque est omnes tales transcriptos atque derivatos esse ab aliquo novo vel erroru transcribentis vel insellia aut inaltia emendantis vitiatos.

2.^a ratio est varietas quae in codicibus graecis et hebraicis hodie reperitur, quae arguit nulli tam adhaerendum esse quam versioni Hieronymi, qui accuratissimus fuit et diligentissimus in emendandis codicibus ut testantur varii prologi ipsius in Bibliis atque in indaganda germana littera hebraea et graeca. Laurentius Valla⁶¹ innixus libris codicibus graecis, quos ipse putavit

530. HIERONYMUS, *Dialogus contra Luciferianos*, lib. 2: PL 23, 105 B.

539. PSEUDOCYPRIANUS, *Ad Novatianum*, 4-6: CSEL 3/3, 56ss.

543. HIERONYMUS, *Epistola 69, c. 3 ad Oceanum*: CSEL 54, 690, 1-3. Alusión a la paloma que volvió al arca.

541. AMBROSIVS, *De Noe*, c. 17: CSEL 32/1, 458, 12.

542. AUGUSTINUS, *Tractatus in Joannem*, 6: OChr 26, 54, 35.

543. ISIDORUS, *Quaestiones in V. T. in Genesim*, c. 7, n. 26: PL 83, 233.

544. IOANNES CHRYSOSTOMUS, *In Genesim, Homilia 26*, in c. 3, v. 7: PG 33, 234.

545. EUSEBIUS.

546. VALLA, LORENZO, *Collatio Novi Testamenti*: ed. Alejandro Perosa, Florencia (Sansoni), 1970. Citas concretas sobre esa actitud instintivamente agresiva hacia la Vulgata, pueden verse en el artículo de GAROFALO, S., *Gli umanisti italiani del secolo XV e la Bibbia*: *Biblica* 27 (1946) 350, n. 37.

emendatissimos, reprehendit in multis editionem [f. 77v] Vulgatae Novi Testamenti, nunc superfluitatis quod illud non habeatur in littera graeca, nunc defectus et saepe quod aliter habeat littera graeca. Erasmus⁵⁴⁷ vero mixtus quatuordecim codicibus aliis, licet in multis reprehendat Laurentium et defendat editionem Vulgatae, in multis tamen eam arguit simili modo. Et quamvis hi duo (et alii qui hos sunt sequuti, de quorum numero fuit Faber Stapulensis⁵⁴⁸ et Cateranus⁵⁴⁹ in Commentariis in Novum Testamentum) sufficienter impugnati relinquuntur per ea quae ratione praecedenti dicta sunt. Lindanus⁵⁵⁰ tamen De optimo genere interpretandi, libro 2 optime eos convincit ex decem et octo aliis codicibus quibus postea usus est Robertus Stephanus⁵⁵¹ atque ex codicibus Bibliothecarum Complutensium atque ex pluribus aliis qui postea prodierunt ex antiquissimis Bibliothecis tam in Italia quam in Germania inferiori et aliis provinciis, tunc etiam ex testamento in syriaca lingua reperto in Bibliotheca imperatoris Ferdinandi in Austria, ostendens plures horum codicum semper habere ut habet editio Vulgata praeterquam quod Tertullianus, Cyprianus, Augustinus atque ceteri tam graeci quam latini communiter legant ut habet editio Vulgata. Loco utiam citato, cap. 9⁵⁵², ostendit Lindanus codices Erasmi et translationem ipsius iuxta eos habere eas corruptelas quibus Marcion haereticus vitare et corrumpere est aggressus Novum Testamentum, ut Tertullianus est autor⁵⁵³ Quare emendatio editionis Vulgatae iuxta illos codices

547. ERASMUS, que rechaza algunas interpretaciones de Valla, pueden verse algunos ejemplos en el Índice de la ed. c. bajo la rúbrica *Valla, taxatus*. Y su disconformidad en muchos puntos con la Vulgata, se pone de manifiesto en sus prólogos a las *Annotationes Novi Testamenti: Loca obscura... Loca manifeste depravata, sed ex infinitis, pauca decerpta*: ed. c., t. 6. (Tanto los prólogos como el Índice final están sin paginar).

548. FABER STAPULENSIS.

549. CATERANO. Cfr. *In quatuor Evangelia et Acta Apostolorum Commentarii, Praefatio in Evangelium Matthaei*, Lyon, 1630, p. 1 b.

550. LINDA, GUILLERMO DÁMASO VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. 2, c. 4, 10: Colonia, 1558, f. 72r.

551. ESTIENNE (=STEPHANUS), ROBERTO. Sobre su actividad editora de familia (sobre todo de la Vulgata) y sobre su vida y paso de París a Ginebra y del catolicismo al protestantismo, puede verse, por ejemplo: *EncCatt* 5, 643s, donde podrá también encontrarse *Bibliografía complementaria*.

552. LINDA, GUILLERMO DÁMASO VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. 1, c. 9: Colonia, 1558, f. 83v.

553. TERTULLIANUS, *Adversus Marcionem*, lib. 1, c. 1, 5: CChr 1. 442, 24s: «Quis iam comensor meus Ponticus quam qui evangelia conrost?».

corruptela esset plane. Titelmannus⁵⁵⁴, in *Dialogis super epistolam ad Romanos*, ante definitionem Concilii Tridentini, defendit editionem Vulgatam Novi Testamenti contra Erasmum, Laurentium et Fabrum, ostendens per singula loca legendum esse ut habet editio Vulgata et non ut illi contendebant. Et in prologo apo[st. 78r]logetico⁵⁵⁵ illius operis, optime ostendit editionem Vulgatam amplectendam esse, et anteponendam ceteris versionibus. Quantum autem codices hebraici, qui hodie circumferuntur, dissent a codicibus qui erant ante 1800 annos unde LXX interpretes iudaei graece Vetus Testamentum transtulerunt; immo et a codicibus unde Aquila, Symmacus et Theodotus, prosceliti iudaeorum, Scripturas transtulerunt, qui periti linguae hebraicae conferunt codices hebraeos qui hodie sunt cum his omnibus versionibus [...]. Quare, cum ex his omnibus versionibus, ab ipsismet iudaeis ante 1800 annos factis, constet multum diviasse codices hebraeos, qui hodie sunt, cum his omnibus versionibus a codicibus qui erant ante mille et ante mille octingentos annos, patet quam coenosi sint hodie fontes hebraici et quam parum illis fideendum sit, ut iuxta illos editio Vulgata debeat emendari. Lege Lindanum, libro 1.^o, De optimo genere interpretandi⁵⁵⁶; aliquidque addemus de hac re in sequentibus.

3.^a ratio est, quia licet cum Hieronymo, supra 8 caput Esaiæ et adversus Elvidium⁵⁵⁷; cum Augustino, 15 De Civitate Dei, cap. 13^o; Origeno, volumine 8 explanationum Esaiæ⁵⁵⁸; Origeno, De ecclesiasticis dogmatibus, libro 2, cap. 1^o prope medium, tenendum sibi codices Sacrae Scripturae graecos et hebraeos neque usque ad tempora Hieronymi, neque usque in hodiernum diem esse universaliter vitiatos, quasi usque in hodiernum diem

554. TITELMANNUS, *Collationes quinque super epistolam ad Romanos*... Cfr. nota 609. Toda la obra se reduce a traer a colación las diversas traducciones y defender la Vulgata.

555. In, ib., cfr. nota 509.

556. LINDA, GUILLERMO DÁMASO VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. 1, c. 24; e. o., f. 17r-32r principalmente.

557. HIERONYMUS, *Commentarii in Esaiam prophetam*, lib. 3, c. 8 (v. 9e); PL 24, 101 A-B.

10, *Adversus Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae*, 8; PL 23, 200 D 201 A.

558. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, lib. 15, c. 12; cfr. CChr 48, 470, 1-15.

559. Cfr. nota 557. Sabido es que los Tomos de Origenes explicando a Isaias se han perdido casi en su totalidad. Quedan pequeños fragmentos de la traducción de Rufino (cfr. PL 13, 215-220) y esa alusión al tomo 8.^o a la que se refiere Molina y que se encuentra en el texto citado de San Jerónimo.

600. DRING, *De ecclesiasticis scripturis*..., lib. 2, c. 1: f. 33v A-C.

non contineant veritates apertas sanctissimae fidei nostrae unde et Iudaeos et haereticos graecorum pessimos hodie convincere ut testantur codices qui inter illos et nos hodie sunt. Licet etiam tenendum sit, cum eisdem autoribus, nunquam iudaens sparsos per diversas synagogas atque provincias, et graecos similiter sparsos per diversas ecclesias atque provincias convenisse [f. 78v] universaliter animo depravandi Scripturas privandique se veritate earum. Attamen negandum non est plures haereticos in particulari attentasse depravare scripturas graecas aliquibus in locis, et iudaeos etiam aliquos aliqua erasisse ab aliquibus codicibus, quae videntes postea alii in aliquibus codicibus deficere, tanquam minus authentica penitus craserunt, tum etiam iudaeos depravasse plura loca Scripturae commutatione litterarum similium et additione vel detractioe litterae vel syllabae alicuius; quae depravationes, vel oscitantia et negligentia alicuius vel certe malitia, primo incipiebant; postea vero, videntes iudaei litteram primam tum minus nobis favere, illam communiter amplectebantur in odium Christi. Quod, ut supra dicebamus, facile deprehenditur ex translatione LXX interpretum, tum etiam collatione facta ad antecedentia et sequentia. Sensus namque qui magis quadrat cum antecedentibus et sequentibus ille tanquam germanus est habendus. Negandum etiam non est iudaeos loca aliqua depravasse appositione punctorum quibus designantur vocales et quibus carebat antea Scriptura Sacra, apponentes huiusmodi puncta prout minus nobis favebant, quod etiam simili arte facile deprehenditur. His, inquam, et aliis similibus modis negandum non est iudaeos atque graecos depravasse atque suspecta reddidisse plura loca Scripturae in codicibus graecis et hebraeis propter quae indigni sunt hodie ut iuxta illos editio Vulgata emendetur in vera Ecclesia custodita. Probandum tamen superest quod dicimus.

Quod vero attinet ad codices graecos, Tertullianus, *Adversus Marcionem*⁵⁶¹; Eusebius, 5 libro *Ecclesiasticae Historiae*, cap. ultimo⁵⁶²; Irenaeus, libro 1.^o *Adversus Haereses*, cap. 29⁵⁶³; et Basilius, libro 2.^o *contra Eunomium*⁵⁶⁴ testantur varios haereticos qui inter graecos surrexerunt, violasse in multis codicibus Scripturam

561. TERTULLIANUS, *Adversus Marcionem*, lib. 4, c. 4, 5: CChr 1, 530.

562. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 5, c. 28, 13: GCS 9/1, 504, 11.

563. IRENAEUS, *Contra haereses*, lib. 1, c. 29: ed. Harvey, lib. 1, c. 25, vol. 1, p. 216ss (PG 7, 688; lib. 1, c. 27, 2).

564. BASILIUS, *Contra Eunomium*, lib. 2, 20: PG 29, 617 A.

[I. 79r] Sacram Novi Testamenti quo eam traherent ad suos errores; indeque profecta videtur varietas codicum graecorum quae hodie reperitur, facileque erat quando libri manu transcribebantur antequam esset usus praeli, producere codices vitiatos ex quibus alii derivarentur. Ambrosius etiam super cap. 5 Epistolae ad Romanos⁵⁶⁵ testatur codices graecos ab invicem discrepare gracosque homines suos codices adulterasse propter studium contentionis quo eos traherent diversi ad diversas opulones, testaturque latinos codices esse emendatiores propterea quod translati sunt de veteribus graecis quos simplicitas temporum incorruptos servavit. «Nam, inquit, qui hodie in latinis codicibus inveniuntur, sic deprehenduntur a veteribus posita Tertulliano⁵⁶⁶, Victorino et Cypriano.» Hieronymus etiam in Commentariis ad Galatas 5⁵⁶⁷ inquit apud graecos exemplaria esse diversa; et multo antiquior Origenes, homilia 8 super Mattheum⁵⁶⁸, affirmat nihilam esse varietatem in codicibus graecis Novi Testamenti. Antiqua autem translatio latina Novi Testamenti quam correxit Hieronymus multo antiquior est, neque verisimile est Hieronymum eam emendasse ubi est varietas codicum, maxime si ab antiquissimis codicibus et a lectione antiquorum doctorum non discordabat. Item in Concilio Constantinopolitano III, quod est sexta synodus generalis, act. 8⁵⁶⁹ convicti sunt Macarius atque eius discipuli quod in confirmationem sui erroris depravaverint multa testimonia sanctorum; et in Concilio II Niceno, quod est septima synodus, actione 4 et 5⁵⁷⁰ non solum testimonia sanctorum et libros integros depravatos esse ab haereticis, sed etiam quosdam editos fuisse ab eis titulis emendatis. Leo, in epistola quadam ad Palestinus⁵⁷¹ queritur epistolam quam xl [I. 79r] Flavianum scripserat, a graecis fuisse depravatam Atque hunc fuisse morem graeco-

m. Ms affade scilicet.

565. AMBROSIASTEN, *Commentaria in 12 epistolas Beati Pauli, in Epistola ad Romanos*, 5, 14: PL 17, 100 C-D-101 A; eam hodieque in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inveniuntur a veteribus posita, Tertulliano, Victorino et Cypriano.

566. HIERONYMUS, *Commentarii in IV epistolas Paulinas, ad Galatas*, lib. 3, c. 1 (5, 7): PL 26, 423 D-429 A.

567. ORIGENES, *Commentarii in Evangelium secundum Mattheum*, t. 15, n. 14: PG 13, 1293 A.

568. *Concilium Constantinopolitanum III*, act. 8: Mansi 11, 364 A-365 C.

569. *Concilium Nicaenum II*, act. 4 et 5: Mansi 13, 38 E, 108 A-B, 173 A-B, cætera.

570. LEO I, *Epistola 124, ad Monachos Palæstinos*, cap. 1: PL 54, 1052 B.

rum testatur Nicolaus, in epistola ad Michaelem⁵⁷¹ imperatorem⁵⁷². Gregorius etiam, 5 libro epistolarum, epistula 15⁵⁷³ existimat Calcedonensem synodum sicut et Ephesinam esse a graecis depravatam. Dionysius praeterea Corinthiorum epistolis, apud Eusebium, 4 libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 23⁵⁷⁴ testatur haereticos suas epistolas depravasse. Et addit: «Non est mirum quod et Dominicas Scripturas nonnulli sunt corrumpere conati, cum et eas quae tales non sunt, depravare sint aggressi». Extat epistola Cyrilli ad Successum episcopum⁵⁷⁵, ubi refert se sciscitatum a Budo episcopo an consentiret epistolae Athanasii ad Epictetum episcopum, respondisse: Si haec apud vos scripta non sunt adulterata; nam plures ex eis ab hostibus Ecclesiae deprehenduntur esse depravata, et cum contulisset illam cum antiquis exemplaribus invenisse eam depravatam. Haec tot dicta sunt ut intelligatur quantum studium fuerit diversorum haereticorum, qui fuerunt inter graecos, depravando Scripturas Sacras atque dicta sanctorum quibus convincebantur. Ex quo studio (non obstante vigilantia catholicorum) exorta videtur varietas codicum graecorum, et ut simul intelligatur quam indigni sint hodie ut iuxta illos editio Vulgata emendetur, quantoque consilio patres praetulerint quoad auctoritatem editionem Vulgatam translationibus quae iuxta codices graecos hodie sunt.

Quod vero attinet ad codices hebraeos, praeter ea quae in superioribus dicta sunt, origo quod in eis plures partes desiderantur, ut in Daniele Canticum puerorum, historia Susannae, etc. et in libro Esther quaedam aliae partes, illa sane est quam tetigimus: quosdam [f. 30r] scilicet illa ab aliquibus codicibus erasisse et postea tanquam minus authentica fuisse penitus ablata. Unde et Origenes, in epistola ad Africanum⁵⁷⁶ ait ipsemet Origenes a quodam peritissimo iudaeo didicit historiam Susannae inter eos non prorsus carere auctoritate, sed de ea dubitari. Praeterea, in codicibus hebraicis qui hodie habentur, plures versus psalmi 13^o desiderantur, quos tamen LXX transtulerunt et quos citat Pau-

571. Ms: Micoelem
 φ. Ms: 23, probablemente.

571. NICOLAUS I. *Epistola ad Michaelem Imperatorem*: PL 119, 793 D-794 A.

572. GREGORIUS MAGNUS, *Epistolarum*, lib. 5, epist. 14: PL 77, 896 C.

573. EUSEBIUS: *Ecclesiastica Historia*, lib. 4, c. 23, 12: GCS 9/1, 378, 13-17.

574. CYRILLUS, *Epistola ad Successum episcopum*: PG 77, 238 A-B.

575. ORIGENES. *Epistola ad Iulium Africanum*, 6a: PG 11, 61. 64.

lus ad Romanos 3⁵⁶ scribens iudaeis ad fidem conversis, qui Romae erant. Et Lindanus, libro 1 De optimo genere interpretandi, cap. 7⁵⁷ dicit se illos reperisse in quodam codice hebraeo ante 950 annos scripto et servato in Anglia in bibliotheca Canthuariensi, illosque affert hebraeo sermone scriptos. Iustinus etiam martyr, in Dialogo contra Triphonem⁵⁸, connumerat plura dicta prophetarum, quae iudaei ex Scripturis abstulerunt, et inter alia affirmat ab Illo versu psalmi 95⁵⁹: *Dicite in gentibus, quia Dominus repugnat, eos abstulisse a ligno*, quod olim erat in Illo versu. Ne vero sim molestus in re hac persecuendo et in ostendendo quo modo iudaei plura loca depravaverint illis omnibus viis quas numeravimus, lego Lindanum, libro 1.^o De optimo genere interpretandi⁶⁰, ubi id ex ipsismet iudaeis probat; tum etiam Leonem Castrum, in tractatu de translationibus in commentariis quos Esaiæ praefixit⁶¹; atque alios.

Illud etiam cum Lindano, loco citato, cap. 6⁶² advertendum est: nullum (eorum qui posthabita editione Vulgata veritati hebraicae standum esse putaverunt) esse qui litteram hebraicam ut hodie est. In omnibus sequi velit aut audeat etiam si haereticos connumeret. Psalmo enim [f. 80v] 21⁶³ ubi tanquam evangelista regius Propheta describit passionem Christi in versiculo illo: *foderunt manus meas et pedes meos*, codices hebraei hodie loco *foderunt* habent *tanquam leo manus meas et pedes meus*, *dnumeraverunt omnia ossa mea*, cum tamen neque antecedentibus neque sequentibus quadret; et LXX, 300 annis ante adventum Christi, transdulerint: *foderunt manus meas et pedes meos*. Hoc itaque in loco et aliis, qui contendunt standum esse litterae hebraicae, si non stant, cur ergo aliis in locis erit standum?

Lutherus etiam (ut Lindanus, loco citato⁶⁴; Canus, 2 De locis, cap. 13⁶⁵, et alii referunt) post 20 annos a sua prima translatione

576 Rom 3. 10ss

577. LINDA, GUILLERMO DAMASO VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. 1, c. 3. ed. n., f. 19v-20r.

578. IUSTINUS, *Dialogus cum Thyphone Iudaeo*, n. 72. 73: PG II, 644s.

579. Sal 85, 10.

580. LINDA, G. D. VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. I, c. 36: e. n., f. 19r-32r.

581. CASTRO LEÓN, *Commentaria in Esaiam prophetam, Praefatio*, ed. c., p. 4 C. 6 B-C. ? D. 9 D-10 A.

582. LINDA, G. D. VAN, o. c., lib. I, c. 6: e. n., f. 20v.

583. Sal 21, 17.

584. Cfr. nota 582.

585. CANO, *De locis*, lib. 2, c. 13: ed. Serry c., t. I, p. 125.

bibliorum iuxta litteram hebraicam, publice iassus est, non solum se sed et Sanctum Pagninum et Munsterum crebro errasse in translationibus Scripturae ex hebraeo, quod rabbinorum glossis multum crediderunt. Et plane hebraeos nostri temporis in colligendis et arguendis significationibus vocabulorum ex radicibus, potius divinare videas quam aliquid certi colligere, si eos attente legas. Quare non est quod propter litteram hebraicam deseramus editionem Vulgatam suasu et auctoritate Damasi Summi Pontificis et summa diligentia ab eruditissimo et fidelissimo Hieronymo nobis exhibitam atque ab Ecclesia latina mille annis summo animorum consensu receptam.

His rationibus accedit quod qui codicibus graecis atque hebraicis hodie standum putant, et iuxta illos novas versiones credunt, neque inter se conveniunt neque iidem secum non solum in verbis, sed etiam in sententiis. Quod non leve argumentum est veritatem Scripturarum hodie [f. 81r] non in codicibus graecis et hebraicis quaerendam esse posthabita editione Vulgata. Atque, ut alia omittam, versum quartum psalmi 109 aliter transfert Lutherus, aliter Pomeranus, aliter Pelicanus, aliter Bucerus, aliter Munsterus, aliter Zwinglius, aliter Felix et aliter Pagninus. Erasmi vero quinta editio Novi Testamenti exstat; exstaret vero 6.^a et 7.^a nisi morte esset preventus aut limeret levitatis notari. Quare his novis versionibus non aliud sit quam Ecclesiae veritatem et pacem turbari, quae ab unitate Scripturarum maxime pendet. Unde Lutherus ipse videns tot et tam varias Scripturarum translationes uriri quibus pax et unitas turbabatur (hoc referente Cochlen, in libro *De canonicae Scripturae auctoritate*, cap. 11^o) duxit, si diutius steterit mundus iterum erit necessarium et propter diversas translationes Scripturae quae nunc sunt ad conservandam fidei veritatem concilii decreta recipiamus. Propter has ergo et similes rationes, merito Patres in Concilio Tridentino circa editionem Vulgatam statuerunt quod recitatum est⁵⁸⁶.

Dubium est hoc locu scitu dignum: quaenam fuerit mens Concilii Tridentini cum declaravit editionem Vulgatam esse authenticam et statuit ut nemo illam relicere quovis praetextu auderet, utrum scilicet mens Concilii fuerit declarare quod quom-

586. COCHLEUS, *De canonicae Scripturae auctoritate*, c. 11.

587. Cfr. nota 536.

cumque sensum illa expressit, esto littera graeca aut hebraea plures alios patiatur, ille censerendus sit intentus ab Spiritu Sancto atque sit fide catholica tenendus, et propterea quod quidquid in ea habetur et ubi sunt variae lectiones graecae aut hebraicae, et propterea sancti Patres contrarias sententias etiam habuerunt, illud sit hodie habendum tanquam certum in fide et contrarium sit reputandum haereticum; an vero mens Concilii solum fuerit declarare esse adeo authen[. f. 81v]ticam propter rationes factas et alias similes, ut nullum errorem in fide contineat, et quod iure in omnibus sit anteponenda (quod ad veritatem et fidelitatem attinet) omnibus aliis translationibus et codicibus graecis et hebraicis quae ab ea comperiantur discordare atque ob id iure imposuerit praeceptum omnibus Christi fidelibus ut in publicis disputationibus et ceteris, nullus eam reiiceret, reliquisse tamen integrum cui affirmare non esse certum in fide quod illa habet, saltem quando littera graeca aut hebraea patitur plures sensus quos illa non expressit, et quando variae sunt lectiones in graeco et in hebraeo quos diversi Sancti sequuntur.

Illustremus exemplis quod dicimus. Ubi Esaias 6 habetur ⁵⁸⁶; *Seraphim stabant super illud, sex alae uni et sex alae alteri, duabus velabant faciem eius et duabus velabant pedes eius*. Hieronymus ⁵⁸⁷ et alii interpretes dicunt illud *eius* in textu hebraeo esse praenomen quoddam reciprocum, quod aequè referri potest ad Dominum et ad Seraphim, unde inquit: littera hebraea ambigua est et aequè patitur hos duos sensus vel quod Seraphini duabus alis velabant faciem eius, hoc est, Domini, et duabus pedes eius, ut interpret latinus transtulit, vel quod duabus alis velabant facies suas et duabus pedes suos prae reverentia maiestatis divinae; quem sensum interpret latinus non transtulit, neque potuit nisi alium omittre, propterea quod non sit simile pronomen in lingua latina. Quaeritur ergo utrum post approbationem editionis Vulgatae maneat certum in fide sensum illum quem transtulit interpret latinus esse quem intendit Spiritus Sanctus; nam ex littera hebraea, quam primo dictavit Spiritus Sanctus servata [f. 82r] in sua puritate id non erat certum quomodoquidem utrumque sensum patitur. et sensus illi sunt

586. Is 6, 2.

587. НѢЗЛОЖИМУС, Комментаріи къ Еврейскъ пророчествъ, кн. 3, с. 6 (т. 2); PL 24, 95 B-C.

quasi contrarii et repugnantes, et ob id non est verisimile utrumque esse intentum ab Spiritu Sancto.

Item, primae ad Corinthios 15⁹⁰, ubi editio Vulgata habet: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, variae sunt lectiones graecae. Quidam enim textus graeci habent ut habet editio Vulgata; et hanc lectionem sequuntur plures doctores latini et graeci, iuxta quam dicunt omnes morituros. Quidam vero alij textus graeci habent: *omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*, quae sequuntur Theodoretus⁹¹, Apollinaris 4⁹², Chrysostomus⁹³, Theophilactus⁹⁴ et, ut videtur, Origenes, 2 libro contra Celsum⁹⁵; et ex recentioribus Faber Stapulensis⁹⁶, Erasmus⁹⁷ super eundem locum et prima ad Thessalonicenses 4, et Caletanus⁹⁸, eisdem locis; iuxta quam contenditur non omnes reperentur immediate ante adventum Christi esse morituros. Quaeritur ergo utrum post approbationem editionis Vulgatae maneat certum in fide quod significat littera editionis Vulgatae et contrarium error in fide, an vero propter varias lectiones graecas quas sequuntur diversi Patres integrum sit affirmare non esse certam in fide eam lectionem quam tanquam probabilioris et verioris (ut revera est) transtulit interpres latinus.

Hoc loco solum proponam quae occurrunt pro utraque parte; Summo vero Pontifici, iuxta praeceptum Pil IV in Bulla confirmationis Concilii Tridentini⁹⁹ reliquam definitionem et declarationem. Quod ergo primum proposuimus fuerit mens Concilii, suadet ipsa approbatio editionis Vulgatae, et primo aspectu multo efficacius id suadet definitio quae ante illam [f. 82v] praecessit

590. 1 Cor 15, 51.

591. THEODORETUS, *Interpretatio primae epistolae ad Corinthios*, c. 15, v. 51: PG 82, 368A-B.

592. APOLLINARIS.

593. CHRYSOSTOMUS, *Homiliae 42 in epistolam 1 ad Corinthios*, 2: PG 61, 364.

594. THEOPHILACTUS, *Expositio in epistola prima ad Corinthios*, c. 15, v. 51: PG 124, 780C.

595. ORIGENES, *Contra Celsum*, lib. 2, n. 65: PG 11, 900B.

596. FABER STAPULENSIS.

597. ERASMUS, *Paraphrasis in Epistolam Pauli ad Corinthios priorem*, 15, 51: Opera Omnia, Lyon, 1708, f. 7, 911B.

Id., *In epistolam D Pauli Apostoli ad Thessalonicenses priorem*, c. 4, 14ss: o. et l. r., 1024B-C.

598. CALETANO. *In omnes Divi Pauli et aliorum Apostolorum Epistolas Commentarii. In priorem Pauli Epistolam ad Corinthios*, 15, 14 (v. 16): ed. c., p. 147b.

Id., *ib.*, *In Epistolam Pauli ad Thessalonicenses Priorem*, 4, 14: o. c., p. 281a-b.

599. PIUS IV, Bulla «Benedictus Deus» DS⁹. 1850.

In eodem Concilio. Connumeratis enim libris canonicis adiecit Concilium: «*Si quis libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, et in veteri Vulgata latina editione habentur pro sacris et canonicis non susceperit [...], anathema sit*»⁶⁰. Ecce Concilium singulas partes librorum canonicorum prout habentur in editione Vulgata definiuit esse canonicas atque de fide; ergo quaecumque lectionem graecam aut hebraicam transtulit editio Vulgata est hodie de fide, et contrarium erroneum in fide; et in quo transtulit litteram graecam aut hebraicam, in eo est de fide.

In contrarium vero, quod scilicet secundum quod proposuimus et non primum fuerit mens Concilii, est in primis quod definitio illa de singulis partibus librorum canonicorum in eo sensu quem primo aspectu habere videtur prolata esset a Concilio, superflue addidisse decretum quod approbavit editionem Vulgatam. Iam enim in illa alia definitione manebat definitum esse adeo authenticam quod quicquid in illa continetur est de fide. Concilium autem tanquam novam definitionem (si ad verba Concilii advertas) adiecit decretum quo approbavit editionem Vulgatam. Quare non levis coniectura est in definitione partium librorum canonicorum quas quidam velcerunt quod non essent in textu graeco aut hebraico aut quo de eis ab aliquibus esset dubitatum (ut Canticum puerorum, ultimum caput Marci, etc.) esse canonicas; et ob id apponisse illa verba *prout in Ecclesia catholica legi consueverunt et in veteri Vulgata latina editione habentur*, quasi diceret: esto non reperiantur in codicibus graecis aut hebraicis.

[f. 83v] Sit tertia conclusio in ordine in hac materia. Non est inconueniens si aliquid sit in editione Vulgata quod non sit idem, sed aliquid simile in fontibus graecis aut hebraicis prout primo dictati sunt ab Spiritu Sancto, quando interpres utens iure suo de industria ita transtulit optimo consilio et ratione due-

p. Hay un claro en el f. 82v. El f. 83r está en blanco. En una nota marginal en el f. 82v, cortada por la encuadernación posterior, sólo pueden leerse algunas palabras incompletas: ... siderantur ommissa / ex Summo Pontifice / endá.

60. Concilium Tridentinum, sess. 4. *Decretum de libris sacris et de traditionibus recipiendis*: Conc. Occum. Decreta², 664, 12-18.

tus, v. g. ubi Ionæ 4 habetur⁶⁰¹: *præparavit Dominus Deus hederam et ascendit super caput Ionæ*, LXX interpretes transtulerunt cucurbitam, et tamen in textu hebraeo neque hedera neque cucurbita (ut Hieronymus ait⁶⁰²) habetur, sed genus quoddam fructibus latinis et graecis incognitum atque innominatum, syris vero familiare, quod hebraice *qîqâyôn* dicitur. In hoc ergo eventu lectum fuit interpreti, ne quid incognitum et innominatum afferret, transferre, aliud simile cognitum et nominatum quo (manente eodem sensu quod attinet ad id quod ibi præcipue intendebatur significari) res intelligeretur; atque ita LXX loco illius cucurbitam, auctor vero editionis Vulgatae hederam transtulit. Eodem modo, ubi in editione Vulgata Esalæ 1.^o habetur⁶⁰³, *cum fueritis velut quercus defluentibus foliis*, hebraice loco quercus habetur *'elâ*, quæ vox si LXX interpretibus⁶⁰⁴ et Hieronymo, in commentariis super Esalam⁶⁰⁵ credimus, potius terebinthum quam quercum significat. At quia quercus latinis et graecis est cognita, terebinthus vero minime, licuit interpreti locum terebinthi transferre quercum, quo res melius intelligeretur quandoquidem quoad rem ibi intentam perinde est comparisonem fieri in quercu, cui præ ariditate defluunt folia, ac in terebintho. Quemadmodum (inquit Carrus⁶⁰⁶) quod latine dicitur «canis in præsepio» melius hispane transfertur «perro del hortelano»⁶⁰⁷ quia quod verba latina sonant; quia hispane proverbialiter non solet fieri comparatio cum cane in præsepio custodiente cibum iumentorum nec tamen comedente, sed cum cane ollitoris.

[f. 84r] Ex his possumus respondere ad id quod Porphyrius⁶⁰⁸ obiecit adversus historiam Susannæ quod non fuerit ex hebraeo

q. Ms: eo cõ de ortalões.

601. Jon 4, 6-10.

602. Hieronymus, *Commentarii in Ionam prophetam*, c. 4 (v. 6): PL 25, 1202 1204.

603. Is 1, 30.

604. *Septuaginta, Vetus Testamentum Graecum*, vol. 14, Gottingæ, 1839, p. 127.

605. Hieronymus, *Commentarii in Esalam prophetam*, lib. 1, c. 1 (v. 30): PL 24, 42 C.

606. Carrus, *De locis*, lib. 2, c. 14: ed. c., t. 1, p. 137: «Quemadmodum etiam cum apud Latinos proverbialiter dicitur, in præsepio canis; si Hispane quispiam verteret, et perro del hortelano, ollitoris canis, optime profecto interpretaretur».

607. Porphyrius (?).

translata et quod Africanus⁶⁰⁸ movit ad hoc ipsum, Africanum suspicandum. Argumentantur enim quod agnominatio illa ab schino arbore ad decidum, id est, cicionem et a pruno arbore ad prisim, id est, sectionem, qua narratur usus Daniel (dum respondente uno senum sub schino dixit Daniel⁶⁰⁹. *Ecce angelus Domini accepta sententia ab eo scindet te medium* et respondente altero sub pruno dixit Daniel⁶¹⁰: *Manet angelus Domini gladium habens ut secet te medium*) fit propria graeci sermonis. Quare, inquit, non fuit illa historia translata ex hebraeo sermone. ubi non est similis agnominatio, sed graece primo fuit composita. Ad hoc, inquam, respondere possumus cum Origene, in epistola ad Africanum⁶¹¹; interpretem ut servaret similem agnominacionem atque festivitatem et acumen responsionis potuisse mutare nomina arborum, tam etiam poenas comminatas in aliquid simile, ubi esset similis agnominatio ab arboribus ad poenas comminatas. Quare interpres latinus transferre potuit alterum senum respondisse sub pruno, et Dandelem dixisse *mittet te angelus Domini in prunas aeternas*; et alterum respondisse sub malo, et Dandelem dixisse *expectant te mala aeterna ad quae angelus Domini adiget te*, ut esset similis agnominatio. Possumus 2.^o responderi, non constare an in hebraeo sit similis agnominatio eo quod constare non possit hodie (ut Origenes ibidem affirmat se didicisse a peritissimo iudaeo in lingua hebraea) quomodo arbores illae appellatae fuerint in hebraeo. Origenes tamen verisimilius credit non fuisse in hebraeo illam [f. 84v] agnominacionem ab eisdem arboribus ad easdem poenas. Possumus 3.^o dicere, quod licet in hebraeo non fuerit illa agnominatio, potuit esse in graeco translatione de verbo ad verbum facta, idque casu contingente ut in graeco esset illa agnominatio.

Illud ultimum est advertendum circa hanc conclusionem: quod cum in hebraeo de pluribus nominibus arborum, gemmarum et animalium non constet quaenam fuerit ipsorum significatio, ut ipsimet rabbini fatentur, potuit interpres vel illud idem vel aliquid simile, maxime ubi ad intentum Scripturae et ad eruditionem fidellum non plus unum quam aliud referebat, transferre. Quare non est mirum si de aliquibus animalibus aut gemmis

608. Africanus, *Epistola ad Origenem*: PG 11, 41-48.

609. Dan 13, 55.

610. Dan 13, 59.

611. Origenes, *Epistola ad Africanum*, 12 et 6. PG 11, 77 y 81.

quae transtulit editio Vulgata controversatur an sit geminae et animalia quae significabant nomina quae sunt in textu hebraeo an non.

Quarta Conclusio. Quae hactenus dicta sunt de editione Vulgata intelligenda sunt de ea pura qualis ab interprete edita fuit. Quoad errata enim quae in ea irrepererunt vel incuria excussorum vel inscitia emendantium aut quavis alia via, quae facile deprehenduntur collatione facta ad codices latinos et ad codices graecos et hebraeos, plura huiusmodi notavit Canus⁶¹², standum enim illi non est, sed emendanda iuxta codices graecos et hebraeos. Vide Canum, 2 De locis, cap. 15⁶¹³; Lindenium, De optimo genere interpretandi, lib. 3⁶¹⁴; et quidam alii. Vide ea apud illos. Inter alia, sit unum gratia exempli: ubi in latina editione hodie habetur: *affixit anima mea ad Deum fontem vivum*⁶¹⁵ tam graece in translatione LXX quam hebraice omnes textus habent: *ad Deum fortem vivum*; credendumque est latinos aliquos imperitos linguae graecae et hebraicae, et videntes ibi esse sermonem de siti, credidisse dicendum esse *fontem vivum* et non *fortem*, cum tamen parum dis[si]dent in characteribus hi duo accusativi, atque ita emendasse per imperitiam quod optime habebat et quod non emendassent si contulissent codices graecos et hebraeos. Non vero est putandum interpretem de hebraeo aut graeco ita transtulisse. Accepi a fide dignis, Romae a Pio V deputatus fuisse plures viros ductos qui purgarent ab huiusmodi erratis editionem Vulgatam ut quam emendatissime cederetur, mirorque nondum prodisse aut ad nos pervenisse.

Ne vero quis, propter ea quae dicta sunt, invidiam aut supervacuum putet peritiam linguae graecae et hebraicae post approbationem editionis Vulgatae, accipe commoditates maximas quae ex eo proveniunt. Prima est quod ea deprehenduntur errata quae subrepunt in editionem Vulgatam et ab eis purgatur custoditurque pura qualis approbata est ab Ecclesia. Secunda est, quod ea in fontibus graecis aut hebraicis deprehenduntur plures sensus

c. Ms: notarunt.

612. CANO, *De locis*, lib. 2, c. 15: ed. Berry c., t. 1, 1486s

613. LINDA, C. D. VAN, *De optimo genere interpretandi Scripturas*, lib. 3, c. 7-9: o.c., f. 114-125

614. Sal 41, 3.

qui possunt esse intenti ab Spiritu Sancto, quos saepe non patitur editio Vulgata. Tertia, quod ea deprehenditur quod hi sensus quos patitur editio Vulgata non sint sensus Scripturae Sacrae neque intenti ab Spiritu Sancto. Qui enim sensus editionis Vulgatae repugnant fontibus, id est, lexui graeco aut hebraico (quando editio Vulgata in quodam alio sensu vis consonat), tales sensus neque sunt Scripturae Sacrae neque ibi intenti ab Spiritu Sancto. Quare, quando editio Vulgata in aliquo sensu consonat fontibus, tunc textus graecus aut hebraicus est regula ad quam iudicandus est sensus editionis Vulgatae, et non contra editio Vulgata est regula iuxta quam indicandus est sensus textus graeci aut hebraici. [f. 85v] Quarta est, quod ea deprehenditur emphasis atque innata proprietates quarundam dictionum graecarum aut hebraicarum, quas sermo latinus exprimere non valet, et quae nec parum conducunt ad plene assequendum sensum Scripturae dictatae ab Spiritu Sancto; quod saepe advertunt sancti pluribus in locis. Quinta, quod ea deprehenduntur phrases propriae et proverbialiter et figurate significatur. Quare potissimum ad intelligendum librum Proverbiorum Salomonis maxime requiritur cognitio proverbiorum linguae hebraicae. Quam saepissime enim ibi sensus literalis non est quod verba primo aspectu sonant, sed quod ulterius proverbialiter et parabolice intelligitur. Sexta est, quod ea facilius intelliguntur quae ab interprete latino saepe reddita sunt obscurius quam sint in fontibus ipsis vel quia graecismus et hebraismus reliqui in sermone latino quo transferret ad verbum vel aliis de causis, qualis sunt illa: *In convertendo Dominus captivitatem Sion*⁶¹⁵, pro eo quod est *cum converterit*; et *in conventiendo populos in unum*⁶¹⁶, pro eo quod est *cum convenerint*; et *expugnaverunt me*⁶¹⁷, pro *oppugnaverunt*; et *non potuerunt mihi*⁶¹⁸, pro *non praebuerunt*; et *non est creditus cum Deo Spiritus eius*⁶¹⁹, pro *non fuit fidelis*, *fidem illi servando*, etc. Psal-

615. Gn 18, 17.

616. Lc 10, 4.

617. Snd 125, 1.

618. Sal 101, 28.

619. Snd 108, 7.

620. Sal 128, 2.

621. Sal 77, 8.

mo 138^o, *quia tenebrae non obscurabuntur a te, id est, non obscurabunt et abscondet res a te, quasi diceret illis videbis in tenebris sicut in luce meridiana.* Verbum enim *obscurabuntur* in translatione LXX in graeco est verbum medium, quod et passivo et deponentialiter sumi potest. Dum ergo ad verbum transferre voluit inter [f. 88r]pres, apposuit verbum passivum in latina lingua quod futurum erat activum aut deponens. Idem contigit interpreti Psalmi 33^o dum transtulit in *Domino laudabitur antea msa*, pro *laudabit*; est enim graeco verbum medium quod et passive et active legi potest; et ex antecedentibus constat legendum esse active. Dum ergo interpretes illud ad verbum transferre voluit, apposuit verbum passivum in latina lingua, cum tamen transferendum esset ita ut legi posset active. Porro *laudabit in Domino* hebraismus est, id est, laudabit Dominum, sicut et illud; *tu haereditabis in omnibus gentibus*⁶²², id est, omnes gentes. Septima est ad intelligendas quasdam voces graecas aut hebraicas in editione Vulgata relictas vel in honore linguarum in quibus Scripturae dictatae sunt ab Spiritu Sancto vel quod commode transferri non potuerint in latina lingua, ut sunt Anathema, Maranatha, Osanna, etc. Octava, ad disputandum et convincendum haereticos qui stare nolunt editioni Vulgatae, et ad iudicandum de versionibus quae insurgunt et defendendam editionem Vulgatam aut detegendam ex fontibus graecis aut hebraicis vel fraudes vel ignorantias eorum qui novis versionibus eunantur perturbare pacem Ecclesiae. Plura exempla quibus illustrari possent hae omnes commoditates, lege apud Canum et Lindanum⁶²³, locis citatis, et apud alios. Vide etiam apud Canum⁶²⁴ et Titelmanum⁶²⁵, in Apologia citata, defensionem Scripturae atque editionis Vulgatae.

Ad argumentum ergo initio disputationis propositum dicendum est, quod licet id optimo iure eo tempore iudicarent Hieronymus⁶²⁶ et Augustinus⁶²⁷ eo quod aqua fontium, hoc est codicum

622. Sal 138, 12.

623. Sal 33, 3.

624. Sal 81, 8.

625. Cfr. notas 612 y 613

626. Cano, *De locis*, lib. 2, c. 1 et 13: ed. Serry c. t 1, p 75 y 116-130.

627. Titelmanus, cfr. nota 508.

628. Cfr. notas 526 y 529.

629. Cfr. notas 523 y 525.

graecorum et hebraeorum purior esset quam sit modo et [f. 86v] quam esset aqua rivulorum, id est, versuum quae tunc variae admodum erant et nulla est antiqua satis emendata, ut patet, quae antiquam emendavit Hieronymus et purgavit a multis erroribus qui irreperant negligentia transcribentium vel inscitia atque negligentia emendantium; attamen modo, quando tam coenosi sunt fontes et perturbati ac vitiati, recurrendum est potius ad aquam rivulorum quae quondam, quando puri erant fontes, pura manavit, atque in Ecclesia pura est conservata, quam ad aquam fontium coeno infectam et perturbatam. Et id hodie Augustinus et Hieronymus iudicarent, si viverent. Praeterea, iam dictum est quantum etiam nunc recurrere ad fontes graecos et hebraeos, et quatenus illis standum sit.

Utrum praeter Scripturam Sacram admittendae sint traditiones in quibus ea quae sunt fidei contineantur.

Disputatio 12

Superest disputemus, utrum revelata de quibus est fides tanquam de objecto, in solis libris canonicis contineantur, an vero admittendae sint traditiones in quibus etiam contineantur aliqua et a quibus liceat hodie ducere argumentum efficax et certum ad probandum dogmata fidei perinde atque ducitur ab Scriptura Sacra. Cum enim constet quae Christus proprio ore docuit Ecclesiam et quae Apostoli tanquam dogmata docuerunt de fide esse atque inter revelata a Deo esse computanda; et plus quam verisimile sit non omnia quae Christus ore docuit et quae Apostoli ore etiam docuerunt Ecclesiam; Evangelistas et Apostolos scripsisse libris canonicis Novi Testamenti, quos nobis reliquerunt, non immerito quaeritur, utrum Ecclesia aliqua huiusmodi defulerit et conservaverit extra libros canonicos tanquam accepta a Christo [f. 87r] aut Apostolis ut^s revelata a Deo, quae semper in Ecclesia ut talia sunt habita, posterioribus accipientibus a prioribus et sanctis Patribus mentionem eorum facientibus in suis scriptis; et utrum illa sint hodie firma fide tenenda perinde atque ea quae continentur in Scripturis Sacris. Nomine itaque

traditionum Christi et Apostolorum hoc loco intelliguntur ea quae Ecclesia accepit a Christo aut Apostolis et retinuit atque conservavit ut talia, non scripta in libris canonicis, sed eorum memoria conservata posterioribus accipientibus ea ut talia a prioribus successione quadam.

Cum haeretici hoc ipso quod haeretici sint a Catholica Ecclesia dissideant ipsiusque auctoritatem et infallibilitatem in rebus fidei definiendis et conservandis negare habeant, si ipsis in suis erroribus perseverandum sit, utique quasi innatum et consuetum illis semper fuit negare standum esse traditionibus Christi et Apostolorum ab Ecclesia extra Scripturam Sacram conservatis, maxime illis qui eas^t suis erroribus adversi conspiciuntur. Qui autem ceteros malitia et odio in Ecclesiam catholicam hac in parte superare contenderunt, non solum traditiones quae ad fidem spectant, reiiciunt ut nullius auctoritatis, sed et quae ad mores, ut de observatione festorum, ieiunio quadragesimae, de abstinentia a carnibus sextis feriis et aliis plurimis tam ad cultum divinum quam ad mores pertinentibus, quas a temporibus Apostolorum tanquam ab ipsis acceptas observavit Ecclesia, et quas sanctissimi Patres etiam illi qui discipuli fuerunt Apostolorum testantur ab Apostolis institutas atque relictas fuisse Ecclesiae. Contendunt namque Lutherani solam Scrip[t. 87v]turam Sacram habendam esse tanquam regulam earum quae sunt fidei, solaque illas ceremonias et ritus esse necessarios ad salutem qui expressi sunt in Scriptura Sacra Novi Testamenti; reliqua veru contemnunt tanquam statuta et traditiones hominum, vel dicunt non esse necessaria, sed voluntaria. Confirmare autem possunt hunc suum errorem primo, quia Christus solum iniunxit Ecclesiae doctrinam Evangelii tanquam necessariam ad salutem dicens discipulis suis: *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae; qui crediderit, doctrinam scilicet Evangelii, et baptizatus fuerit, ut ea praecipitur, salvus erit; si vero non crediderit condemnabitur*⁶⁷. Ergo Evangelium quod in libris canonicis continetur, continet omnia necessaria ad salutem. Quare neque erit necessarium stare in rebus fidei alicui traditioni quae sit extra Scripturam Sacram, neque observare aliquam ceremoniam, quae non praecipitur in Scriptura Sacra. 2.^o Paulus

t. Lectura probable.

670. Mc 16, 15a.

ad Galatas 1.^o inquit: *Hec nos aut angelus de coelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit; et rursus: si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit*⁶³¹. Item, Deuteronomii 4 Dominus per Moysen ita ait: *quid praeccepta et iudicia quae ego doceo te, non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo*⁶³²; et Deuteronomii 12: *quod praeccepto tibi hoc tantum facito, neque addas quidquam neque minuas*⁶³³, ergo nihil quod in Scriptura Sacra non continetur recipiendum est tanquam fide servandum; et nullum praecceptum aut ceremoniam, quae in Scriptura Sacra non continetur, tenemur observare. [f. 88r] 3.^o Si non omnia quae sunt fidei continentur in Scriptura Sacra, sed quaedam in traditionibus, sequeretur Scripturam esse imperfectam, utpote quae non contineret omnia quae sunt fidei et quae necessaria sunt ad salutem, et contrarietur ei quod habetur 2.^o ad Timotheum 3: *omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendam, etc. ut perfectus sis homo Dei ad omne opus bonum instructus*⁶³⁴. 4.^o Matthaei 15 et Marci 7.^o inquit Christus: *sine causa colunt me docentes doctrinas et mandata hominum*. Ad Colossenses 2: *Ne quis vos decipiat per philosophiam et vanam fallaciam secundum traditionem hominum*⁶³⁵. 1.^o Petri 1.^o: *Redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis*⁶³⁶; ergo non traditionibus, sed nudae Scripturae standum est.

Sit nihilominus haec Conclusio: Admittendae sunt traditiones praeter Scripturam Sacram in quibus quaedam quae sunt fidei catholicae contineantur, et a quibus non minus efficax argumentum ad ea quae sunt fidei comprobanda desumitur quam ab Scriptura Sacra. Haec est de fide et contrarium est error in fide. Probatum 1.^o, quia ex ipsismet Scripturis canonicis constat Ecclesiam columbam et firmamentum esse veritatis⁶³⁷, portas inferi non praevalituras adversus eam⁶³⁸ et Dominum cum ea esse usque ad consummationem saeculi⁶³⁹, datumque ei esse Paracletum

631. Gal 1, 8.

632. Dt 4, 18.

633. Dt 12, 32.

634. 2 Tim 3, 18a.

635. Mt 15, 9; Mc 7, 7.

636. Col 2, 8.

637. 1 Pe 1, 18.

638. Cfr. 1 Tim 3, 15.

639. Cfr. Mt 18, 18.

640. Cfr. Mt 28, 20.

qui ei assistat⁶⁴¹, etc. Quibus de causis, Apostoli in Symbolo singulis fidelibus tanquam articulum fidei credendum proposuerunt non Scripturam et libros canonicos, sed sanctam Ecclesiam Catholicam⁶⁴². Ergo Ecclesia Catholica tam certa et idonea est ad conservandam ea quae sunt fidei catholicae et quae a Christo aut ab Apostolis accepit, quam Scripturae canonicae. Non ergo minus sunt fidei [f. 88v] quae Ecclesia per se ipsam traditionibus conservavit tanquam dogmata fidei, quam quae continentur in Scripturis Sacris, ut v.g. esse septem sacramenta Ecclesiae, quod non est expressum in Scriptura Sacra et tamen Ecclesia a Christo et Apostolis edocta semper tradidit et tanquam dogma fidei conservavit Matrimonium, Ordinem, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Baptismum et Extremam Unctionem esse sacramenta illisque conferri gratiam, formas quibus utitur mistas sacramentis administrandis esse quas Christus instituit et quibus sunt administranda, sanctissimam Virginem Mariam virginem fuisse etiam post partum quod licet innatur ibi, Lucae 1. *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?*⁶⁴³, ubi cum iam esset coniugata angelo nuntianti sibi concepturam et parturam esse Filium Dei dixit: *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco*, quasi dicat: constitutum est et decretum ut virum nunquam cognoscam. Nam non cognovisse virum usque ad illud tempus impertinens erat ad concipiendum in futurum, quod angelus ei nuntiabat. Licet, inquam, eo in loco innatur Matrem Dei semper fuisse virginem, attamen non est expressum in Scripturis Sacris, neque ex eis aperte constat; et tamen de fide est tanquam traditio perpetuo ab Ecclesia conservata, licet aliquando oblatra-verint aliqui haeretici sicut circa reliqua tam quae aperte constant ex Scripturis, quam quae extra Scripturas traditione tanquam dogmata fidei perpetuo conservavit Ecclesia. Admittendae igitur sunt hae atque similes traditiones tanquam dogmata fidei, quas ut tales perpetuo conservavit Ecclesia.

2.^o Si Ecclesia Catholica in his quae sunt fidei al[f. 89r]ligata esset solis Scripturis Sacris, Apostolique non cernerent plura fide tenenda relinqui Ecclesiae quam quae in Scripturis expresse continerentur, plane nunquam proponerent fidelibus tanquam articulum credendum: *Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam, sed*

641. Jn 14, 16. 26.

642. Cfr. DS⁹⁸, 10

643. Lc 1, 34.

credo quae in talibus Scripturis continentur. Apostoli ergo renitentes nos ad Ecclesiam Catholicam tanquam ad magistram, et id fidelibus tanquam articulum credendum proponentes in Symbolo et confessione fidei, plus autoritatis illi tribuerunt quam haeretici nostri temporis tribuant, certo scientes illam nun posse errare in his quae tanquam dogmata fidei credenda proponeret filiis suis. Traditiones ergo quas illa tanquam a Christo aut ab Apostolis acceptas conservaret et suis credendas proponeret, non res incertas (ut isti volunt), sed res certissimas Apostoli esse voluerunt et in Symbolo fidei nobis significarunt.

3.^o Traditio ab Ecclesia conservata non minorem vim habet ad conservandum ea quae sunt fidei quam Scriptura; immo conservatio eorum quae sunt fidei sub traditione antiquior est in orbe et in Ecclesia quam conservatio eorum sub Scriptura; ergo in his quae sunt fidei non minus standum est traditionibus Christi et Apostolorum ab Ecclesia conservatis quam Scripturis. Consequens patet, quia ab orbis condito et lapsu Adae usque ad Abraham, fides fuit in orbe, ut patet, quia fuit Ecclesia et fuerunt iusti, ut omnes admittunt et affirmat Paulus ad Hebraeos 11⁶⁶; sine fide autem impossibile fuit placere Deo, ut ibidem ait Apostolus. Ea autem quae erant fidei, non in Scripturis [f. 89v] canonicis conservabantur, sed traditionibus accipientibus posterioribus a prioribus et prioribus instrumentibus posteriores in his quae erant fidei. Ab Abraham etiam usque ad Moysen et legem scriptam datam a Deo filiis Israel, fides erat circumcisionis quam Deus praecepit Abrahamo et posteris suis; fides item erat Messiae venturi quem Deus promisit Abraham et posteris suis et quem Iacob praedixit venturum filiis suis. Haec autem usque ad Moysen et legem scriptam non in Scripturis canonicis, sed traditione conservabantur. Et praedicatione etiam Christi usque ad tempus in quo Matthaeus, Marcus, Lucas et Ioannes scripserunt Evangelia, fides fuit Evangelii, ea autem quae tunc erant fidei pertinentia ad legem gratiae non in Scripturis Novi Testamenti, quae nondum erant, sed traditione custodiebantur et divulgabantur per orbem.

4.^o Quod Scripturae, quas hodie tanquam canonicas recipimus revera canonicae sint, non aliunde habemus quam ex tradi-

644. Cir. Heb 11, 6.

tionis Ecclesiae. Si namque traditio Ecclesiae hac in parte infallibilis non est, utique neque infallibile est has esse Scripturas canonicas et incorruptas ad hanc usque diem perseverasse. Quare ablata infallibilitate traditionis Ecclesiae perit infallibilitas et certitudo Scripturarum sanctarum. Non ergo minor infallibilitas et certitudo est in traditionibus Ecclesiae, quas tanquam a Christo et ab Apostolis acceptas conservavit, quam sit Scripturis sanctis, neque minus in his quae sunt fidei catholicae standum est illis quam Scripturis sanctis. Qua ratione namque Ecclesia in traditionibus Christi et Apostolorum conservandis regula infallibilis non esset et columna ac firmamentum veritatis?

[fol. 90r] 5.^o Christus non praecepit Apostolis ut scriberent Evangelium, sed ut praedicaren Evangelium et traderent illud mundo atque Ecclesiae per praedicationem. *Ite* ^u, in *universum mundum et praedicate Evangelium omni creaturae*. Neque omnes Apostoli scripserunt Evangelium, sed pauci; et non omnia scripserunt ^v, sed quaedam. Ioannes senior, qui ultimus scripsit atque rogatus a fratribus et motus ut obviaret haeresibus insurgentibus circa divinitatem Christi, in fine sui Evangelii ita inquit: *Sunt et alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur singula neque ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros* ⁱⁱⁱ. Christus etiam post resurrectionem suam per 40 dies apparuit discipulis et loquebatur illis de regno Dei, ut Lucas narrat Actorum 1.^o ⁱⁱⁱⁱ, quo tempore de sacramentis et plurimis aliis, quae ad regimen et fidem Ecclesiae militantis (quae ibi nomine Regni Dei intelligitur) pertinebat, eos instruere. De huiusmodi autem quae Christus tunc cum illis loquutus est paucissima scripta sunt. Quo fit ut Evangelium non sit illud solum quod in libris canonicis scriptum est, sed cetera etiam quae Christus et Apostoli viva voce docuerunt et tradiderunt Ecclesiae. Cum ergo Ecclesia columna et firmamentum sit veritatis, ut ex ipsis Scripturis patet ^{vii}, fit ut in his quae sunt fidei non minus standum sit traditionibus evangelicis Christi et Apostolorum, quas

u. Ms: Item.

v. El ms repite omnia.

645. Cfr. Mc 16, 15.

646. Jd 21, 25.

647. Cfr. Hch 1, 3

648. Cfr. I Tim 3, 15.

Ecclesia fidelis custos et fidelis iudex in illis discernendis conservavit, quam Scripturis Sacris.

6.^o Ostendamus autoritatem traditionum testimonis Scripturae. Lucae cap. 1.^o veritatem et autoritatem sui [f. 90v] Evangelii per traditiones ostendit. Sicut, inquit, tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis ⁶⁴⁹. 2 Thessalonisensium 2 ait Paulus: Itaque, fratres, stete et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem sive per epistolam nostram ⁶⁵⁰. Ex quo loco colligunt Chrysostomus ⁶⁵¹ et Theophilactus ⁶⁵², in commentario super eandem epistolam, Paulum non omnia tradidisse et docuisse scriptis, quorum haec tam digna fide sunt quam illa. Et capite 3 sequenti eisdem epistolae, inquit Paulus: Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri Jesuchristi ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis ⁶⁵³. Quae verba explicans Cyprianus, epistola 3 ad Cornelium ⁶⁵⁴, inquit Paulum excommunicare eos qui non secundum traditionem apostolicam vivebant. Item, ad Timotheum, cum praemisisset Paulus ⁶⁵⁵, formam habere sanctorum verborum, quae a me audistis, subiungit: Bonum depositum custodi, Nomine autem depositi Ambrosius ⁶⁵⁶ super illum locum; Tertullianus, De praescriptione haereticorum ⁶⁵⁷; et alii intelligunt thesaurum traditionum. Quod etiam colligitur ex principio sequentis capituli, ubi Paulus subiungit: quae audistis a me per multos testes haec commenda fidelibus bonis hominibus, qui idonei erunt et alios docere ⁶⁵⁸.

7.^o Ostendamus hoc ipsum testimoniis sanctorum Patrum. Dionysius Areopagita, Pauli discipulus, cap. 1 De Ecclesiastica hierarchia ⁶⁵⁹, inquit: «Apostolos partim scriptis et partim insti-

649. Lc 1, 2.

650. 2 Tes 2, 15.

651. CHRYSOSTOMUS, *Homilia 4 in epistola 2.^a ad Thessalonicenses*, v 14; PG 62, 486.

652. THEOPHILACTUS, *Expositio in epistola 2.^a ad Thessalonicenses*, c. 2, v. 15; PG 124, 1348 B.

653. 2 Tes 3, 6.

654. CYPRIANUS, *Epistola 39, ad Cornelium*, 20. CSEL 3/2, 890s.

655. 2 Tim 1, 13, 14.

656. AMBROSIASIUS, *Commentarius in epistolam B. Pauli ad Timotheum secundam* (c. 1, v. 13, 14); PL 17, 514s.

657. TERTULLIANUS, *De praescriptione haereticorum*, cfr. c. 25; PL 2, 43 B-44 A.

658. 2 Tim 2, 2.

659. PSEUDODIONYSIUS, *De ecclesiastica hierarchia*, c. 1; PG 3, 376 D-377 A; γ 389 C.

tutionibus suis ex sacrosanctis legibus sacram doctrinam nobis tradidisse»; ubi manifestissime affirmat Apostolos multa instituisse et tradidisse servanda Ecclesiae verbo tenus. Clemens, Petri discipulus, libro 1.^o Recognitionum⁶⁶⁰ mirum in modum commendat traditionem. Ignatius martyr⁶⁶¹ ac discipulus Ioannis Apostoli, epistola 10 ad Heronem, de traditionibus loquens, ita ait: omnis qui dixerit praeter illa quae tradita sunt, lupus tibi appareat in grege ovum corruptionem operans. Et Eusebius, 3 libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 35⁶⁶² de eo refert quod praeteriens per ecclesias, dum Romam vincitus ductus est, docebat ut tenacius inhaerent Apostolorum traditionibus, quas ad maiorem cautelam scriptas utiam relinquebat. Papias, Ioannis etiam discipulus (ut Eusebius refert, ibidem, c. 39⁶⁶³), traditionibus Apostolorum melius quam ex Scripturis multa cognovisse affirmat. Irenaeus, qui discipulos Apostolorum habuit magistros, in libro 3, c. 3 et 4⁶⁶⁴ [et] in epistula ad Florinum⁶⁶⁵ probat standum esse traditionibus pluresque ecclesias affirmat suo tempore caruisse Scripturis, et traditionibus Apostolorum qui eas fundaverant conservasse fidem; floruit autem Irenaeus 180 annis post nativitatem Christi. Egesippus etiam proximus Apostolorum temporibus idem affirmat scriptisque mandavit traditiones Apostolorum, ut Eusebius refert 4 Historiae Ecclesiasticae, cap. 8⁶⁶⁶. Origenes, super cap. 3 epistolae ad Titum, citatus a Pamphilo martyre in apologetica Originis⁶⁶⁷, non dubitat haeticum appellare eum qui illud credit circa veritatem fidei ac habet diffinitio traditioni

x. Hemos intentado reproducir lo que trae el ms. El texto, sin embargo, nos parece mutilado. La Apología de Pánfilo dice textualmente: «Sunt

660. PSEUDOCLEMENS, *Recognitionum*, lib. 1, c. 50: PG 1, 1235.

661. PSEUDOIGNATIUS, *Epistola 10 ad Heronem*: PG 5, 912: «Quicumque dixerit quidpiam, praeter ea quae constituta sunt, tametsi dignus fide sit, jejuret licet, quamvis in virginitate degat, quamvis signa edat, quamvis prophetet; lupus tibi censeatur, sub ovina pelle, ovium necem molens».

662. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 3, c. 36, 4: GCS 9/1, 276, 1-5.

663. *Id.*, lib. 3, c. 39, 4: GCS 9/1, 286, 20-22.

664. IRENAEUS, *Contra Haereses*, lib. 3, c. 3 et 4: PG 7, 848-857.

665. *Id.*, *Epistola ad Florinum*: en Eusebius, *Ecclesiastica Historia*, lib. 5, 20-40: GCS 9/1, 482-484.

666. EUSEBIUS, *Ecclesiastica Historia*, lib. 4, c. 8, 2: CCS 9/1, 314, 8-10.

667. PAMPHILUS, *Apologia pro Origene*, c. 9: FC 17, 60a B.

ecclesiasticae, et homilia 29^{ma} in Matthaeum de haereticis citantibus Scripturas in confirmationem suorum errorum, ita inquit: Nos illis credere non debemus, sed exire a prima ecclesiastica traditione, neque aliter credere nisi quemadmodum pro successione Ecclesiae Dei tradiderunt nobis; et idem dicit in proemio *Peri Archon*⁶⁶⁸. Tertullianus, in libro *De corona militis*⁶⁶⁹, ita inquit: Antiquas observationes Ecclesiae «si nulla Scriptura determinavit, certe consuetudo corroboravit, quae sine dubio de traditione man[if]estavit». In eadem sententia est Cyprianus, in sermone *De ablutione pedum*⁶⁷⁰. Athanasius, de *Incarnatione Verbi*⁶⁷¹, inquit, qui traditionibus inhaeret extra periculum est; et in disputatione adversus Arium⁶⁷² et alibi⁶⁷³, saepe clamat standum esse traditionibus. Augustinus, epistola 11. cap. 1^o, quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto orbe terrarum observantur

vero et alia quaedam dogmata, quae in apostolicis traditionibus non habentur, de quibus requires si oportet eos qui quodlibet de his sentiunt et pertractant, haereticos putandos, ut puta, verbi causa dixerim, si quis rationem humanae animae inquirat, cum de ea neque quod ex seminis traducere dicatur, neque quod honorabilior et antiquior corporum compage sit, tradiderit Ecclesiastica regula. Propter quod multi nec comprehendere poterunt qualiter sentiri oporteret de animae ratione: sed et qui aliquid sentire vel disserere visi sunt, a nonnullis in suspitione habentur velut novi aliquid introducentes [...] Sed et tu ipse apud teipsum discutens, considera si oportet eum qui quolibet modo de his opinatur vel haereticum vel ecclesiasticum temere definiri, aut si non est periculosum de eo pronuntiare, quoniam et ipse perversus sit et peccet, et sit a *semetipso damnatus*: quod de haereticis dicitur, si quis forte ex his quae supra diximus, quamlibet opinionem licet novam et quamplurimis peregrinam, videatur inducere.

668. ORIGENES, *Series veteris interpretationis Commentariorum Originis in Matthaeum*, n. 46: «Sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima et ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiae Dei tradiderunt nobis»: PG 13, 1667 D.

669. ORIGENES, *Peri Archon*, lib. 1, Proemium 2: PG 11, 116 B.

670. TERTULLIANUS, *De corona militis*, c. 3, 1: CChr 2, 1042, 4s; PL 2, 98 B.

671. CYPRIANUS (?), *Sermo de ablutione pedum*: Opera, Paris, 1616, p. 469 b-470 a.

672. ATHANASIUS, *De Incarnatione Dei Verbi*, 2: PG 28, 92 A.

673. [ATHANASIUS] VIGILIUS TAPSENSIS, *Contra Arianos Dialogus*, lib. 1. 5. 11: PL 62, 158; 162.

674. Cfr., por ejemplo: *Contra Arianos oratio brevis (=Epistola ad episcopos Aegypti et Libyae)*: PG 25, 537-593 (especialmente 584); *Sermo maior de fide contra Arianos et Dimocritas* [Fragmentum ex Bibl. Coislinaiana]: PG 26, 1292 C.

675. AUGUSTINUS, *Epistola 54, ad inquisitiones Ianuarii liber primus*, lib 1: CSEL 34/2, 159, 15-160, 3.

dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis vel a plenariis conciliis quorum est in Ecclesia celeberrima autoritas, commendata atque statuta retineri. Nam si quid tota per orbem frequentat Ecclesia, haec cur ita faciendum sit disputare insolentissima infamia est. Et in epistola 120 ad Evodum⁶⁷⁶ elegantissime ostendit standum esse traditionibus, credendumque esse Ecclesiae Catholicae. Hieronymus, adversus Luciferianos⁶⁷⁷: Multa, inquit, quae per traditionem in ecclesiis observantur auctoritatem sibi scriptae legis usurpasse. Basilius, in libro De Spiritu Sancto, c. 27⁶⁷⁸: Dogmata, inquit, quae in Ecclesia praedicantur partim ex scripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata ministerio accepimus; quae utraque eandem ad pietatem vim habent et nemo his contradicit qui vel saltem modicam ecclesiasticarum legum experientiam habet. Et cap. 29⁶⁷⁹: Apostolicum, inquit, arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseverare. Epiphanius, Haeresi 61⁶⁸⁰: Oportet, inquit, et traditione uti; non enim omnia a divina Scriptura accipi possunt; aliqua in scriptis, aliqua traditione sancti Apostoli tradiderunt, sicut dicit sanctus Apostolus 1 Cor 11⁶⁸¹ sicut tradidit vobis; et cap. 14⁶⁸²: sic docet et sic tradidit ecclesiis. Felix, Summus Pontifex, qui 150 annis plus minus Concilium Nicaenum praecessit, in epistola ad Benignum⁶⁸³, [f. 92r] scribit Apostolorum esse traditionem quod Filius eiusdem sit substantiae cum Patre et quod Spiritus Sanctus aequè sit adorandus et glorificandus, eo quod eiusdem sit substantiae cum Patre et Filio. Et adversus Arium aliosque haereticos, licet Patres pugnarent Scripturis, potissimum tamen pugnabant traditionibus; haeretici namque semper a traditionibus rebusque receptissimis in Ecclesia dissidebant, auctoritatem et fidelitatem Ecclesiae in conservandis traditionibus Christi et Apostolorum contemnent. Chrysostomus denique, homilia 4 in epistola 2 ad Thessalo-

676. AUGUSTINUS, Epistola 124 ad Evodum, 3, 6: CSEL. 44, 526, 6-10.

677. HIERONYMUS, Adversus Luciferianos, 1: PL. 23, 172 A-B: «Nam et multa alia quae per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptae legis usurpaverunt [...] multaque alia sumpta non sunt, quae rationabilis sibi observatio vindicavit».

678. BASILIUS, De Spiritu Sancto, c. 27 et 29: PG 32, 188 A; 200 B.

679. EPIPHANIUS, Adversus Haereticos, Haeresi 61, lib. 2, t. 1-6: PG 41, 1048 B.

680. 1 Cor 11, 2; 14, 33b.

681. FELIX I, Epistola 3, ad Benignum episcopum, 1: Mansi I, 1112 A-C.

682. CHRYSOSTOMUS, Homilia 4 in Epistola 2 ad Thessalonicenses, v. 14: PG 62, 483.

nicenses⁶⁸⁷ post verba supra citata⁶⁸⁸ subiungit: Itaque traditionem quoque Ecclesiae fide dignam putamus; et addit: Traditio est; nihil quaeras amplius.

3.^o Subiciamus definitiones Ecclesiae quae de hac re sunt. Septima Synodus, quae est Concilium II Nicaenum, act. 4^{ta}, ita habetur: «Si quis traditionem Ecclesiae sive scripto sive consuetudine valentem non curaverit, anathema sit». In Concilio Tridentino, sess. 4^{ta}, ita habetur: «Prospiciens sancta synodus veritatem et disciplinam fidei contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus quae ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus dictatae seu traditae ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla sequuta, omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, necnon et traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo vel ab Spiritu Sancto dictatas et continua successione in Ecclesia Dei conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur». Et assignato catalogo librorum canonicorum, subiungit: «Si quis libros ipsos integros etc. pro sacris et canonicis non suscepit et traditiones praedictas sciens et prudens contempserit, anathema sit» [f. 92v] Et libros canonicos ac traditiones appellat fidei fundamentum unde synodus dicit sumptura testimonia in confirmandis dogmatibus fidei et instaurandis in Ecclesia moribus⁶⁸⁹.

His omnibus accedit quod traditiones Ecclesiae et ritus ac ceremoniae ut plurimum fundamentum habent in Scripturis sanctis et de singulis meminerunt antiquissimi doctores qui successione quadam fuerunt in Ecclesia Dei a temporibus Apostolorum, et quod qui fuerunt post tempora Apostolorum de eis loquuntur non ut de rebus de novo constitutis in Ecclesia Dei, sed ut de rebus receptissimis et iam antea consuetis; ut, inter alios, optima probatio discurrendo per singulas, Osius, in Confessione fidei⁷, capite 80^{mo} usque ad finem, et in Propugnatione fidei adversus Brentium, libro 4^{to}; et Driedo, De ecclesiasticis dogmatibus, li-

7. Ms añade d.

683. Cfr. nota 631.

684. Concilium Nicaenum II, act. 4: Concilium Decretis, p. 138.

685. Cf. Concilium Tridentinum, sess. 4: *ib.*, p. 683, 22-30; 684, 12-16.

686. Cfr. *ib.*, p. 684, 16-18.

687. *Humana Confessio catholicae fidei christianae*, cap. 92: Opera Omnia, Venetia, 1573, f. 178r-187v.

10. *Constatio Prolegomenon Brentii*, lib. 4: e. c., f. 257v-273v.

bro 4, cap. 5⁸⁸, consuetudine viis antiquis standum nobis est, iuxta illud Ieremiae 6⁸⁹: *Stare super vias et videte et interrogate de semitis antiquis quae sit via bona et ambulate in ea et invenietis requiem animabus vestris*. Per has enim ambulaverunt martyres omnes et confessores qui fuerunt ante nos, meminimusque Paulum prima [ad] Corinthios 11 tantum consuetudini tribuisse ecclesiasticae ut post multa quibus persuadere conatus est mulierem in Ecclesia non debere orare, nisi velato capite, adiceret: *Si qui autem videtur contentiosus esse, et quasi diceret et his omnibus a me dictis nondum est persuasus nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesiae Dei*⁹⁰, et quasi dicat: intelligat a consuetudine Ecclesiae non esse discedendum.

Illud ultimum est advertendum: quod quemadmodum illi libri habendi sunt tanquam canonici, non quos hic aut ille amplectitur, sed quos Ecclesia Catholica ut [f. 93r] talis amplectitur, ita illae traditiones tantum amplectendae sunt, quas ut tales amplectitur aut amplexata est Ecclesia universalis cuius est de illis, sicut et de libris canonicis, iudicare. Quare quod Papias quemdam errorem affirmaverit tanquam traditionem Apostolorum, ut Eusebius refert, § libro Ecclesiasticae Historiae, cap. 39⁹¹, neque arguit talem errorem esse traditionem Apostolorum, cum nunquam Ecclesia eum receperit, sed continuo respuerit ut contrarium doctrinae fidei Christi et Apostolorum, neque derogat auctoritati traditionum quas Ecclesia recepit. Illud addam: traditiones non solum cerni circa ea quae non sunt scripta in Scriptura Sacra, sed etiam circa sensus Sacrae Scripturae; ut traditio est in Ecclesia Dei verba illa: *Hoc est corpus meum*, sumi in sensu proprio, et contrarium est error oppositum Scripturae in sensu proprio et in sensu in quo perpetuo eam intellexit Ecclesia traditione Christi et Apostolorum edocta.

888. Dagnen, *De ecclesiasticis Scripturis et dogmatibus*. lib. 4, c. 5: e. c., f. 241r-264v. En todo este largo capítulo, que divide en cinco partes, trata de las tradiciones de la Iglesia que no están explícitamente en las Escrituras. No hemos podido encontrar el texto de Jeremías que Molina parece sacar de las páginas de Orleáns.

889. Jr 6, 16.

890. I Cor 11, 16.

891. Eusebii. *Ecclesiastica Historia*, lib 3, c. 39, 9-13. CCS 9/1, 298, 17-290, 15.

Ad primum argumentum propositum, negandum est in primis Evangelium, hoc est bonum nuntium ac doctrinam evangelicam, quam omnibus praedicare iussit, non vero scribere, in solis libris canonicis contineri; partim enim traditionibus et non scriptis continetur et, ut ostensum est, neque nomine Evangelii intellexit Christus id solum quod Matthaeus scripsit, aut quod Marcus, Lucas aut Ioannes aut quod omnes quattuor simul scripserunt, sed tutam doctrinam legis gratiae, quae in aliis libris canonicis Novi Testamenti continetur etiam et partim viva voce et institutione Christi et Apostolorum relata est Ecclesiae. Dicendum est deinde quod cum praeceperit Christus [f. 83v] in doctrina evangelica obedire praefatis, praepositis atque Ecclesiae dicens: *Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit* ⁸², *Si Ecclesiam non audierit sit tibi tamquam ethnicus et publicanus* ⁸³, et *Obedite praepositis vestris et subiacete eis* ⁸⁴, imo praeceperit obedire regibus et dominis temporalibus, ut ex Scripturis constat, fit ut non solum sit necessarium ad salutem servare quae immediate praecipuntur et exprimentur in Scriptura Sacra, sed quae ab Ecclesia, praefatis et regibus rite instituuntur et praecipuntur.

Primus locus ⁸⁵, in secundum argumentum propositus, inepte adducitur ad probandum non esse aliud fide tenendum quam quod in Scriptura continetur. Cum enim quando Paulus id scripsit, nondum Ioannes scripsit Evangelium, neque fuerint scripti quidam alii libri canonici Novi Testamenti, Ioannes Apostolus scribens in suo Evangelio quaedam quae in ceteris Scripturis tempore Pauli non erant expressa, anathemate feriretur a Paulo, quod est ridiculum. Non ergo est ibi sermo de libris canonicis, sed de Evangelio seu doctrina a Paulo Galatis praedicata, in qua traditiones etiam continentur ⁸⁶. Eo igitur in loco non significat Paulus idem quod «plus quam evangelizavimus vobis», sed idem quod deviendo et non con[f. 94r]sentiendo his quae evangelizavimus

g. El ms añade un párrafo fuera de sitio, como lo indica en una nota marginal: «Tanquam diximus hoc loco videntur delendae. En efecto: transcribió ese párrafo en el f. 72r.

822. Lc 10, 16.

823. Mt 18, 17.

824. Heb 13, 17.

825. Cfr. nota 631.

vobis, ut Augustinus exponit tractatu 98 in Iohannem⁶⁹⁶. Unde iuxta communem omnium Doctorum expositionem idem eo loco *praeter ac contrarium* seu *repugnans* et quod evangelizavimus vobis. Paulus enim 1.^o ad Thessalonicenses 3⁶⁹⁷, pollicetur se iterum ad complendum ea quae deerant fidei illorum, quae prius eos docuerat. Ad duo illa loca⁶⁹⁸ dicendum est ibi solum prohibere addere vel minuere variando praecepta divina. Volebat enim Deus praecepta illa integra et incontaminata custodiri, non vero obstruxit sibi manus Deus ut non posset alia praecepta addere in aliis libris canonicis, neque summos sacerdotes et reges ac gubernatores Iudaeorum prohibuit condere leges et praecepta aliqua pro temporis opportunitate ad pacem et bonum publicum conservandum, quae subditi tenerentur servare. Festum namque Enceniorum, quod Christus sua praesentia honestare dignatus est, non a Moyse, sed a Macchabaeis legimus institutum. Praeterea, sciscitabimur ab opponentibus nobis loca illa, utrum intelligant ibi praecipere nihil aliud esse servandum quam quae continentur in libris Moysis, et quam praecepta per Moysen data de quibus ibi erat sermo, an vero praecepta et verba divina in universum. Si dicat primum, ergo reliqua quae continentur in Scriptura Sacra non sunt servanda, et proinde nec Novum Testamentum. Si secundum, nihil contra nos, quia traditiones Christi et Apostolorum verba et praecepta sunt divina, non minus quam si essent expressa in Scriptura Sacra. Adde quod cum Scriptura ipsa praecipiat obedire praelatis Ecclesiae atque principibus, utique a praeceptis divinis vim habent praecepta praelatorum, Ecclesiae ac principum, transgressioque horum praeceptorum in transgressionem legis divinae [f. 94v] redundat. Quare observatio eorum ad salutem est necessaria.

Ad tertium, neganda est aequa. Ut enim Scriptura sit perfecta quantum satis est ut fides conservetur et gubernetur Ecclesia et homines dirigantur in vitam aeternam, non necesse est ut expresse contineat omnia quae sunt fidei catholicae; satis enim est quod contineat praecepta praecipua et reliqua commissa sint Ecclesiae traditionibus, dicente ipsamet Scriptura Ecclesiam co-

696. AUGUSTINUS, in Iohannis Evangelium Tractatus 98, T. CChr 36, 581, 40-46.

697. 1 Tes 3, 10s.

698. Cfr. notas 632 y 633.

luminam et firmamentum esse veritatis eique assistere Spiritum Sanctum, Apostolosque ipsos in Symbolo fidei remittentes nos ad Ecclesiam a cuius infallibili custodia atque iudicio non minus infallibilitas Scripturarum sanctarum quam traditionum pendet. Quare virtute omnia in Scriptura Sacra continentur, quatenus infallibilitas et autoritas Ecclesiae in ea docetur atque exprimitur. Ad illud 2 Tim 3¹⁶, dicendum est Paulum solum affirmare esse utile ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus ad quod non requiritur ut contineat expresse omnia quae sunt fidei et quae necessaria sunt ad salutem. Dicendum est deinde, quod si illo testimonio probaretur id quod intendunt idem etiam probaretur de singulis libris Scripturae. Nam Paulus distributive inquit: *omnis scriptura divinitus inspirata utilis est, etc.* Clarum est autem in unoquoque libro Scripturae non contineri omnia revelata et quae necessaria sunt ad salutem.

Ad quartum, dicendum est illis in locis esse sermonem de traditionibus hominum quae praeceptis Dei adversantur, unde Christus Marci⁷: *Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram.* De huiusmodi autem traditionibus inquit Basilus¹⁰: «Traditionibus humanis ad mandatum Dei reprobandum, obsequendum non est». Loquitur etiam Christus de traditio[n]ibus quae leves admodum sunt et impertinentes ad cultum divinum et bonos mores, cuiusmodi est lotis pluries manibus manducare; traditiones autem de quibus modo nobis est sermo sunt Christi et Apostolorum.

De variis traditionum generibus.

Disputatio 13

Hoc loco solum est sermo de traditionibus a Christo aut Apostolis profectis. Quare licet traditio sit Ionam prophetam fuisse illum filium viduae Sareptae quem Elias suscitavit, quando quidem id testantur Augustinus, 2 libro De mirabilibus Sacrae Scrip-

699. 2 Tim 3, 16s.

700. Mo 7, 13.

701. BASILIUS, *Regulae Morales*, Regula 12, c. 2: PG 31, 724 A-B.

turae, cap. 16 et 17⁷⁰²; Hieronymus, super pricipium Ionae⁷⁰³; Isidorus, libro De vita et morte quorundam sanctorum, cap. 45⁷⁰⁴, quia tamen non affirmatur tamquam propheta a Christo aut Apostolis aut ab aliquo qui haberet assistentiam Spiritus Sancti dum id affirmaret, sed tamquam id fama aut scriptis non canonicis successione quadam usque ad nos derivatum, neque ad fidem pertinet, neque de numero traditionum de quibus modo agimus.

Traditionum ergo Christi aut Apostolorum quaedam sunt ad fidem pertinentes et quaedam ad mores. Primi generis sunt purgatorium esse; Christum ad inferos descendisse ad eruidas animas patrum; Symbolum Apostolorum quod ab Apostolis dicitur esse editum et subinde omnia quae in eo continentur ad fidem pertinere; et id genus, plura. Posterioris vero generis sunt: aquam vino miscendam esse in sacrificio Missae; ieiunium Quadragesimae; observatio diei dominicae; imagines retinendas et reverendas esse; trina mersio in baptismo; et alia multa. [f. 95v] Illud adverte: traditiones quae ad mores dicuntur pertinere ob id distingui ab his quae pertinent ad fidem, quod directe non statuunt dogmata idve quod est fide tenendum, sed sint ordinationes circa mores aut cultum, interdum per modum praecepti et interdum per modum consilii, ut videbimus. Quia tamen de fide est Apostolos in illis statuendis assistentiam habuisse Spiritus Sancti, neque potuisse errare qui aliquam huiusmodi traditionum ad mores pertinentium, quas Ecclesia tamquam Apostolorum recepit, putaret illicitam, haereticus esset; ut haeretici censentur qui dicunt illicitum esse usum et venerationem imaginum, tum etiam illi qui dicunt hypocritismo esse ieiunium Quadragesimae, atque abstinere a carnibus sextis feriis.

Ut disputatione praecedenti dicebamus, ad Ecclesiam atque ad Summum Pontificem spectat ut libros canonicos definire, ita etiam iudicare de traditionibus, quatenam sint habendae tamquam Christi et Apostolorum, et quae non. Illae ergo quae ab Ecclesia universali in conciliis tamquam Christi aut Apostolorum semel

702. PETERUS AUGUSTINUS, *De mirabilibus Sacrae Scripturae*, lib. 2, c. 17: PL 35, 2101.

703. HIERONYMUS, *Commentarii in Ionam prophetam*, Prologus: PL 25, 1171 C-1172 A.

704. ISIDORUS, *De ortu et obitu patrum qui in Scriptura laudibus effrenantur*, c. 45, n. 85: PL 83, 145: «tradunt Hebraei hunc esse viduae filium quem a mortuis suscitavit Elias».

iudicatae sunt et iuxta quas aliquid definitum est, procul dubio sunt huiusmodi; atque de earum numero sunt fere quae in hac et praecedenti disputatione numeratae sunt et plures aliae. Quia vero ad propriam cuiusque materiam spectat ostendere ubi unaquaeque definita sit et qui Patres successione quadam de ea fuerint loquuti, quaeve motiva et coniecturae sint esse traditionem Christi aut Apostolorum, brevitatis gratia supersedendum duxi hac locu ab hoc labore. Illud admittam: quod circa illa de quibus non reperitur decretum Ecclesiae tamquam de rebus a Christo aut Apostolis [f. 96r] derivatis attendenda est consuetudo quae successione quadam fuit in Ecclesia et existimatio quae de eis communiter habetur in Ecclesia atque antea fuit habita consulendo dicta sanctorum qui a temporibus Apostolorum successione quadam fuerunt. Et prout plures ac vehementiores fuerint coniecturae certius aut minus certae iudicandae erunt esse traditiones Christi aut Apostolorum. Neque enim est inconveniens quaedam consuetudo in Ecclesia solum probabiliter credi esse traditiones Christi aut Apostolorum, quemadmodum non est inconveniens de aliquibus libris aliquando incertum esse an essent canonici. Quare inter traditiones quaedam sunt certae, quaedam vero de quibus solum probabiliter creditur esse traditiones Christi aut Apostolorum. De iis autem quibus diiudicandae et investigandae sunt traditiones, disputavit Canus, 3 De locis, cap. 4^{us}; et disputant alii.

Ut interim omittamus traditiones ad fidem pertinentes quae sive Christi sint sive Apostolorum omnes sunt invariables, traditionum ad mores pertinentium quaedam sunt per modum consilii salutaris institutae, ut signare se signo crucis, quod traditionem esse Apostolorum ostendit Oslus in sua Confessione fidei, cap. 10^{us} et in Propugnatione Catholicae fidei adversus Brentium, libro 4, idque ex Abdia Apostolorum discipulo in vitis Apostolorum et ex aliis sanctis. Item, adorare versus orientem in templis publicis precibus, traditio est Apostolorum, ut colligitur ex Iustino martyre, q. 118^{us}; Origene, homilia 5 super Numeros^{us}; Atha-

705. CANUS, *De locis*, lib. 3, c. 4: ed. Serry c., p. 207-212.

706. HOSTIUS, *Confessio catholicae fidei christianae*, c. 10: e. c., f. 5v-7r. Id., *Confutatio Prolegomenon Brentii*, lib. 4: e. c., f. 263r-v.

707. PSEUDOJUSTINUS, *Quaestiones et responiones ad orthodoxos*, q. 118: PG, 6, 1368 C-D.

708. ORIGENES, *Homilia 5 super Numeros*, n. 1: PG 12, 603 C: «Nam quod, verbi gratia [...] ex omnibus coeli plagis ad solam orientis partem conversi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum».

nasio, q. 37 ad Antiochum¹⁰⁹; Basilio, in libro De Spiritu Sancto, cap. 27¹¹⁰; Augustino, 2 libro De sermone Domini in monte¹¹¹; et Damasceno, 4 libro Fidei orthodoxae, cap. 13 et 17¹¹², [f. 96v] instituta tum ad designandum Deum quem colimus esse veram lucem a quo expectamus illuminari, qua ratione Christus Sol iustitiae dicitur, tum etiam propter illud davidicum: *Regna terrae cantate Domino, psallite Deo qui ascendit super caelum caeli ad orientem*¹¹³; et propter alias rationes quas vide apud Ostium, 4 libro citato, folio 215¹¹⁴. Attamen per modum consilii videtur instituta, quod si intervenit praeceptum neque videtur obligasse ad culpam mortalem, neque tam arcte ut ex rationabili causa non possit praetermitti, videlicet quia locus saepe non est aptus ut altare versus orientem construat; praeterea, per contrariam consuetudinem potuit cessare habere vim obligandi, ut statim patebit. Optimum namque erit ut quoties commode fieri potuerit templa construantur cum altari versus orientem et ostio versus occidentem. Quaedam alias traditiones sunt institutae per modum praecepti ut quod aqua vino misceatur in sacrificio Missae; quod dominica dies observetur; quod in Quadragesima et sextis ferilis a carnibus absteineatur, etc.

Ut autem intelligas quantum traditiones Christi aut Apostolorum quae sunt huius posterioris generis variari possint aut non possint, amittereque aut non amittere vim obligandi, adverte quod, ut optime notat Canus, 2 De locis, cap. 18 ad 4, et 3 De locis, cap. 3¹¹⁵, praeceptorum Christi aut Apostolorum sive in scriptis sive traditionibus contingantur, quaedam sunt ad tempus cum taxatione posita; quae, completo tempore, per se ipsas cessant et antiquantur absque ulla revocatione. Huius generis sunt praeceptum illud Actorum 15¹¹⁶ de abstinendo ab immo[f. 97r]lato et sanguine et suffocato, quod solum imponebatur quousque sufficienter promulgatum esset Evangelium, cessaretque hac in parte

109. PSEUDOATHANASIUS, *Quaestiones ad Antiochum ducent*, q. 37: PG 26, 620 B.

110. BASILIUS, *De Spiritu Sancto*, c. 27: Schr 17, 233 e.

111. CHR. AUGUSTINUS, *De sermone Domini in monte*, lib. 2, c. 5, n. 18: PL 34, 1277.

112. DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, lib. 4, c. 12: PG 94, 1132-38.

113. Sal 67, 33s.

114. HOSIUS, *Confutatio Protepantonon Brentii*, lib. 4 s. c. f. 215.

115. CANO, *De locis*, lib. 2, c. 18: ed. Scerry c., t. 1, p. 167; lib. 3, c. 5: ib., p. 212.

116. Hcb 15, 29.

scandalum Iudaeorum, ut in materia de Legibus explicatum est ⁷¹⁷. Praeceptum item de baptismo in nomine Christi, si tamen de ea re fuit praecceptum. Fuerunt etiam ea omnia praeccepta antiquae Legis, quae non erant iuris naturalis; huiusmodi enim omnia usque ad adventum Veritatis et mortem Christi erant imposita, atque in morte Christi amiserunt vim obligandi, ut ibidem ⁷¹⁸ ostensum est. Alia vero sunt quae absolute et quantum est de se in perpetuum sunt imposita. Praeceptorum huius posterioris generis illa quae a Christo Domino sive in quantum Deo sive in quantum homine lata sunt; et sive ad ius naturae sive ad ius positivum pertineant, sunt invariabilia; neque per consuetudinem contrariam amittere possunt vim obligandi, neque in Ecclesia est potestas dispensandi in illis saltem regulariter. Huiusmodi sunt, praeter praeccepta iuris naturalis, praecceptum de baptismo suscipiendo, de poenitentia et Eucharistia suscipienda, et alia huiusmodi lata a Christo. Dixi saltem regulariter propter praecceptum illud non discedendi uxorem a viro aut si discesserit manere in nuptam quod Paulus 1 Cor 7 ⁷¹⁹ testatur esse divinum dicens: *His autem qui matrimonio functi sunt, praecipio non ego sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit manere in nuptam*; cum tamen controversia sit an Summus Pontifex in matrimonio rato non consummato possit dispensare communiterque hodie Doctores inclinare potius in partem affirmativam, audimusque id saepe esse factum a Summis Pontificibus. Adverte tamen quod proprie non est dispensare in illo [f. 97v] praeccepto, sed dissolvere Pontificem vinculum matrimonii, quod nondum est consummatum; sicut enim dissolvitur per professionem. Quo vinculo dissoluto, qui antea subiciebantur praeccepto, iam non subiiciuntur; quod non est proprium dispensare in praeccepto iuxta ea quae in materia de Legibus, dum disputabamus utrum praeccepta Decalogi divina saltem virtute sint dispensabilia, dicta sunt ⁷²⁰. Attamen cum matrimonium ratum non consummatum suapte natura atque iure divino sit indissolubile, licet non tam arcte quam matrimonium consummatum, non caret difficultate an in Summo

717. MOLINA, De legibus.

718. Id., ib.

719. 1 Cor 7, 10s.

720. MOLINA In I. II., c. 90: «Utrum praeccepta Decalogi divina saltem potentia sint dispensabilia». El contenido del ms 2804 (con correcciones del ms 3848) de Lisboa, Biblioteca Nacional, Fundo Geral, ha sido publicado recientemente en FRANCISCO SUÁREZ, De Legibus IV, C.S.I.C., Madrid, 1973, pp. 187-201, que corresponde al vol. XIV del Corpus Hispanorum de Pace.

Pontifici sit talis potestas, cum ad ea quae naturalis atque divini iuris sunt regulariter careat potestate⁷²¹; verum de hac re suo loco disputandum est. Quemadmodum proprio loco disputandum est, an dispensatio in votis et iuramentis sit proprie dispensatio in his quae sunt iuris naturalis atque divini.

Alia vero praecepta quae ab Apostolis tanquam pastoribus et gubernatoribus Ecclesiae per potestatem quam a Christo acceperunt lata sunt, quae proinde non ad ius divinum, sed ad ius humanum dicuntur pertinere, dispensari possunt per Summos Pontifices ac tolli, immo et per contrariam consuetudinem possunt abrogari, idque sive contineantur in traditionibus sive in Scriptura Sacra. Esse autem aliqua huiusmodi praecepta Apostolorum quae ad ius humanum et non ad divinum pertinent, aperte innuit Paulus illo testimonio citato⁷²²: *His qui matrimonio contracti sunt praeceptum non ego sed Dominus*, ubi praecepta divina a suis secernuntur. De numero horum praeceptorum est praeceptum illud Pauli I Tim⁷²³ [1 98r] de non ordinando bigamo in episcopum, in quo Summus Pontifex potest dispensare. licet raro id faciat et maxima de causa: praeceptum abstinendi a carnibus et ieiunandi in Quadragesima; tum etiam ieiunandi quartis et sextis feriis per annum, quod traditio est Apostolorum, ut patet ex canone 68 Apostolorum⁷²⁴ et eius meminit Ignatius in fine epistolae ad Philippenses⁷²⁵; dispensari tamen potest, imo per contrariam consuetudinem aut per relaxationem Summi Pontificis alicuius vim obligandi amittit quoad ieiunium quartae et sextae feriae et quoad abstinendum a carnibus quarta feria; praeceptum item de trina mersione in baptismo, traditio est Apostolorum, ut patet ex canone 49 eorundem⁷²⁶, et tamen per contrariam consuetudinem vim obligandi amittit plurimis in locis. Sunt et alia huiusmodi praecepta.

Ex dictis iam patet varia esse traditionum genera, et quatenus traditiones variari atque amittere vim obligandi, quatenus possunt, et quatenus non possunt.

a. Ms: difficultate.

721. 1 Cor 7, 10s.

722. 1 Tim 3, 2.

723. *Canones Apostolorum*, can. 69: ed. Joannou, t. 1/2, p. 43.

724. *IGNATIUS, Epistola ad Philippenses* PG 5, 937.

725. *Canones Apostolorum*, can. (50): ed. Joannou, t. 1/2, p. 32s.